DE ADVOCATIIS FEVDALIBVS

TRACTATVS IVRIDICVS,

AVTORE ERASMO A CHOKIER

I. C. Leodiensi.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCKIVM sub Monocerote,
M. DC. XXIV.

PERILLſtri AC Rmo. Domino D.no

ARNOLDO A BOCHOLTZ

ECCLESIARVM HILDESIMENSIS, LEODIENS. & TONGRENS. PRAEPOSITO, DYNASTÆ IN BOCHOLTZ, Cortezem &c.

QVod olim celebris ille Cato Maior aſſeruit, plus ſe Reipubl. profuiſſe diſciplinam militarem cóferendo in litteras, quàm hoſtes expugnando; quippe quod vnius ætatis ſint ea, quæ fortiter fiunt, ac verò, quæ pro Reipubl. vtilitate ſcribũtur, æternæ poſteritati mandantur, id ego de iuriſprudentia, quæ militaris prudentiæ cognata, aliarumq; ſcientiarum dominatrix eſt, iure aſſero, plus longè de Republ. mereri, qui litterarum monumentis, iuriſprudentiæ arcana illuſtrant, quàm qui priuatis Themidibus lucernam iuxta parœmiam Euangelicam, ſub modio ponentes, vitam occulto Iuriſprudentiæ ſtudio tranſigunt. Quod quidem hactenus me mouit, vt Iuriſdictionis ordinariæ in exemptos, viciſsimque exemptionum à Iuriſdictione Ordinaria materiam à nemine prius diſcuſſam, ſub auſpicijs Ser.mi Reu.miq; FERDINANDI Electoris Colonienſ. optimi noſtri Principis Leodienſ. duobus ſucceſsiuè tomis, bono, ni fallor Orthodoxi orbis euulgarẽ. Cùm autem eadem interdum ſtudia interiungerem, atque aduocatias, quibus orbis Chriſtianus, ac præſertim Germania, Belgiumq; abundat, pro Eccleſiarum, quæ iam ab hæreticis oppugnantur, protectione, defenſioneq; ſtabilitas, conuersâ manu in earum damnum atq; perniciem, partim ex ignorantia, partim ex amphibologia Aduocatialis iſtius poteſtatis cedere animaduerterem, animum induxi meum ad illarum explicationem, enucleationemque ac impendio magis, quò frequẽtiore ſtudio in hoc materię pelago inueni neminem, qui ex profeſso eam pertractaret: paucisſimos verò tantum, qui eam curſim & velut per ſatyram attingentes, tanquam ſi in aqua hærerent, ſubſiſtant, teſtenturque

*2 turque

turque eam esse, heteroclytam, ambiguam, & numeris (quod aiunt) Platonicis obscuriorem. Indeque factum est, vt adhibito, quo per occupationes diurnas licuit, studio, Aduocatialem hanc obscuritatem, ad iuris trutinam, claritatemq; reuocarem, ac in ordinem etiam quàm potui succinctè, & breuiter redigerem, digestamque nunc Ecclesiæ orthodoxæ, (vt reor) commodo, ceu lucernam ardentem non sub modio, sed eminenti candelabro positam (vt Aduocatis, qui Iustiniano iustitiæ sacerdotes dicuntur, vtiliter luceret) pulsis tenebris in lucem proferrem.

Disquirenti autem mihi, sub cuius potissimum nomine has lucubrationes prodire iuberem, occurrerunt ilicò Perillustris & Reuerendissimæ Amplitudinis Vestræ, raræ virtutes, mirabili ingenij dexteritate rerumque experientia, Cesto quasi elegantissimo, exornatæ; quæ quidem antiquæ Nobilitati generisque splendori iunctæ effecere, vt variæ ac multiformes ad Imperatores ac diuersos Principes, sub Inclytæ Memoriæ Ernesto, ac iam FERDINANDO Bauaris Ducibus, Principibus Nostris, Perill.^{stri} & Reuer.^{mæ} D. V. fuerint legationes demandatæ, eamque à Consilijs secretioribus sibi asciuerint, quibus in muneribus, sic se administrauit, vt collectam istorum Principum gratiam ad vsque summa cum integritate, & fide conseruarit. Verùm, quia encomia heroũ stylo exprimere, cuilibet non permittitur: quod nimirum, paris sit periculi, hominem admiratione dignissimum penitùs non laudare, vel non idoneis pro merito virtutum, laudum præconijs extollere: hinc manum de tabula tollam, solumque apud Perill.^{strem} & R.^{mam} D. V. enixiore studio contendam, vt laborem hunc pro sua solita in viros litteratos humanitate, æquis benignisque oculis aspiciat, suscipiatque tanquam obseruantiæ meæ in Perill.^{rem} & R.^{mam} D. V. perpetuum syncerumque monumentum.

Leodij è Musæo nostro Kal. Martij 1624.

Perill.^{ris} & R.^{mæ} D. V.

Deuotissimus & humillimus.

Erasmus à ChoKier.

INDEX QVÆSTIONVM TRACTATVS DE ADVOCATIIS FEVDALIBVS.

40. Quid

81. Ser-

AVTOR LECTORI.

ADuocatialem materiam hactenus indiſcuſſam è iuris penetralibus erutam tibi (candide lector) abſq; polylogia & verborum lenocinio, ne Logodædalus à te potius cenſear, quàm iuriſconſultus exhibeo. Tu ſtudio hoc meo fruere, vt Aduocatiarum (iuxta Pytagoricum illud) ſtateram ne tranſgrediaris, ſed Eccleſiæ orthodoxæ iura, quorum Deus ſemper vindex eſt ſeuerus, ſartatecta conſeruare ſtudeas.

DE ADVOCATIIS FEVDALIBVS, QVAS GERMANI

Vogt / aut Vogthey / Galli *Aduoëz* vocant,

TRACTATVS,

AVTORE ERASMO A CHOKIER I. C. LEODIENSI.

QVAESTIO I.

De antiquitate Aduocatorum, deque varia eorum nomenclatura.

SVMMARIVM.

1 *De antiquitate Aduocatorum.*
2 *Profluxerunt à Romanis.*
3 *Quæ & Hotomannus de Aduocatiis notarit.*
4 *Aduocati à quibusdam vocantur Susceppti.*
5 *Aduocatia dicitur tutela sacerdotalis alicuius collegij.*
6 *Aduocati à priscis vocabantur Mamburgi.*
7 *Analogia Aduocatorum cum defensoribus ciuitatum.*
8 *Aduocatorum institutio & causa & fides.*
9 *Pithœus ad Consl. Troyenses quædam de Aduocatiis scripsit, quæ hic recensentur.*
10 *Aduocatia frequentes sunt apud Germanos.*

Duocatorum vsum antiquum esse constat abunde ex historiarum monumentis. Extant etenim etiamnum aliquot constitutiones Caroli Magni, Pipini, Ludouici, Lotharij, aliorumque Imperatorum de *Aduocatis & Vicedominis*, in lib. Legum Baioariorum *Tit. de Aduocatis & Vicedominis*. In Concilioque Carthaginensi quinto constitutum legitur *cap. ab Imperatoribus*, 23. *quæst.* 3. ab Imperatoribus postulandos esse defensores ecclesiis per quos protegantur, cum prouisione episcoporum aduersus potentias diuitum, à quibus ecclesiæ solebant plerumque nimis affligi, *Spec. Tract. de modo celebrandi Conc. generalis, Rub.* 40. *De defensorib. eccles. à principe postuland.* Credo ego cum Vdalrico Zasio, *de Feudis part.* 1. *nu.* 1. *& l.* 2. *in prin. de origine iuris*, & Budæo *in annot. ad pandect. l. Herennium. ff de euictio.* Aduocatias hodierni temporis à vetustis Romanorum moribus profluxisse. Quippe quod nascente Romana Republica, ac potius iam adulta Potentes, populorum causas 2

A tuendas

tuendas susciperent,quos *Clientes* nominabant, qui se & sua in potentium ditionem commendabant,vti ostendit Dionysius Halicarnassæus, A.Gellius,& alij, certis vtrimque obligationum capitulis constitutis. Estque verisimile,cùm Romani in Gallia, Germania,aliisque prouinciis sedem fixissent, ipsos,cum multum eis esset agri, vicinos vt se in patronos,aduocatos, seu protectores adsciscerent, inuitasse, eisque agros & fundos nomine clientelæ concessisse, vt colligere est ex lib.1.Accusationis in Verrem,& passim,atque ex Iulio Cæsare *lib.6.de bell. Gallico*,vbi sic inquit: Hi autem qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Heduis coniungi poterant, se Rhemis in clientelam dederunt, hos illi diligenter tuebantur : ita & nouam & repente collectam auctoritatem tenebant.]

3 Verumenimuerò temporis progressu, quod omnia variat & immutat, Aduocatiæ,cæteræque similes protectiones emerserunt. Plura de Aduocatiæ antiquitate,& varia refert Hotomannus *in tractatu de verbis feudalib.verb. Aduocatia*: cuius verba, quod non omnibus obuia sint, lubet hic subiicere: [Aduocatia, negotij alicuius publici procuratio à superiore mandata, *vt lib. feudorum 2.titul.27.§.15. Quicunque aduocatiam suam vel aliquod beneficium inordinate tractauerit*. Aduocatus idem videtur fuisse qui à Pragmaticis nostris *Commissarius* vocatur,cui præfectura & munus aliquod, ac præsertim causarum disceptandarum publicè mandatum est: hinc libro legis Franc.3.cap.11. *De Aduocatis & Vicedominis*,& lib.4.cap.100. Vt tales eligantur qui sciant & velint iustitiæ causam discernere & determinare.]

Erat & olim aliud Aduocatorum genus qui fraudandorum publicorum tributorum caussa inopes impotentioresque tuebantur, quos *Susceptos* nuncupabant, de quibus ita Saluianus lib.5. de Prouidentia Dei: *Vt onus exactionis euadant,tradunt se ad tuendum,protegendumque maioribus,dedititiosque se diuitum faciunt, & quasi in ius eorum ditionemque transcendunt. Nec tamen hoc graue esset, si potentes patrocinia ista non venderent; hac lege tueri pauperes videntur vt spolient. Omnes enim ij qui defendi videntur, defensoribus suis omnem ferè substantiam suam addicunt: Nihil Susceptis tribuunt,sed sibi. Nouum genus venditionis,& emptionis. Venditor nihil tradit, & totum accipit,emptor nihil accipit,& totum penitus amittit.*

4 Huiusmodi aduocatia & patrocinia ab Imper.Orientis sublata, exauctorata, damnata sunt, vt constat ex tit.54. vt nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticanos eorum, *lib.11. Cod.* vbi Cuiacius notat,Susceptos dici clientes qui se & bona sua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt,fraudandi tributi caussa, qua specie potentiores vicanorum & rusticorum bona sibi vindicabant, vel relinquebant Susceptis sub patrocinij mercede certa. De his etiam D. Augustinus in Quæst. mystic. *Nunquid si mala vita sit Aduocatus,contra Susceptum*

ceptum eius pronunciabitur? hoc est officium Aduocati vt secundum iuris ordinem Suscepti sui caussam peroret: Nunquid poterit vita eius si turpis est, obesse caussæ Suscepti?

Ibi Aduocatia etiam dicitur tutela & defensio sacerdotalis alicuius Collegij. *Renatus Choppinus de Sacra Politia, tit.7.num.*18. veluti Abbatiæ & monachorum, quibus prædia & vectigalia quædam adtributa sunt, quorum potentem aliquem, vel Comitem, vel alium nobilem sibi defensorem & patronum cooptabant: & in diplomate donationis quam Carolus Magnus Vlmensibus fecit apud Nauclerum: *Adalbertum cognatum nostrum aduocatum ac defensorem constituimus.* Item, *Vt Abbas & monachi ex his quos inter potentes nouerunt & inuenerunt meliores sæculi & æquitatis amatores eligant huic loco aduocatos & defensores.* Item, *Statuimus, vt si aduocatus placitare voluerit, quando vel qualiter aut quoties hoc fiat, in Abbatis arbitrio pendeat, & ab eo disponetur, vt non cum pluribus, quam triginta equis ad placitandum veniat, & quicquid placitando ibidem acquirit, tertia parte retenta, duas Abbati reddat.* Ioannes autem Tritemius: *Constituit autem Archiepiscopus aduocatum Hirsaugiensis monasterij ipsum Comitem Erafridum sub ea cōditione, vt mortuo patre filius in Aduocatiam non succedat, nisi fuerit ad eam per Abbatem & monachos assumptus. Verebatur enim ne post mortem suam per filium siue nepotes iniuriam aut violentiam aliquam pateretur, si Aduocatia hæreditario iure deuolueretur ad posteros.* Abbas Vrspergensis in Philippi vita, Aduocatiæ beneficium his exponit verbis: *Imperatores nihil sibi iuris vendicarunt, præterquam illud quod pertinet ad dominium totius terræ. vt sub protectione sua eas susciperent, & priuilegiis suis munirent, & fideliter defenderent.* & paulo post: *Et de voluntate fratrum in prædiis eorum statueret extra Abbatiam annuum quod sibi pro Aduocatia & defensione solueretur.* 5

Porro Mamburgus idem fere qui Aduocatus, & qui Curator Reip. in libris 6
Pandectarum dicitur, *Mamburgus* posteriore Feudistarum æuo appellatus est. Vnde *Mamburgium*, curatio. Sic in formula regni accepti à Bosone apud Guilielmum Paradinum Annalium Burgundicorum lib. 1. legitur: *Omnibus vt monuistis, legem, iustitiam, & rectum Mamburgium auxiliante Deo conseruabo.* Dicebatur & *Mandiburdiū*, vt paulo supra in formula regni delati: *Defensionem & Mandiburdium singulis exhibentes.* Et apud Io. Tritemium pag 88. *Vnus aureus Romæ persoluatur quotannis, vt cœnobium sub Romana Ecclesia Mandiburdio & maiestate securum semper stabiliatur & defendatur.* ita Hotomannus loco supra citato. Qua de re videri etiam poterit Renatus Choppinus, cuius verba breuitatis caussa hic non recenseo, *De Sacra politia, tit.17.nu.*185. quippe quod ista non valde ab ipsissimis Hotomanni verbis dissideant.

Denique Aduocatiarum origo profluxit ab analogia eorum qui in ciuili iure *defensores ciuitatum* fuerunt nuncupati, *tot. tit ff & C. de defensoribus ciuitatum,* 7

& in authent. eod. tit. Sicuti enim eiusmod defensorum munus in eo consistebat & versabatur vt officialium insolentiæ Iudicumque procacitati occurrerent, rusticos, suburbanosque ac decuriones, plebem denique totam ab omni improborum insolentia conseruarent, damnaque & spolia propulsarent, ac, vt multa paucis cõplectar, vicem parentis protectorisque omnibus exhiberent, *l. in defensorib. l. defensores nihil. C. de defensorib. ciuit.* non dedignantes id muneris exercere quo se ab eis nominari gauderent, *d. l. defensores nihil, in fin. Claudius Cantiuncula de officio Iudicis lib. 2. cap. 3. num. 17. Azo in summa Codicis, tit. De defensoribus ciuitatum.*

8 Ita & Aduocati olim designati sunt, vt personas priuilegiarias, resque earum ab omnibus molestiis conseruent, defendant, atque foueant. Horum igitur origo sicuti antiqua est, *Varro lib. 1. De re Rustica Dionysius Halicarnasseus lib 2. Bruschius De Re monast. Germaniæ, fol 29 & 84. Lazius de Migrationib. gentium lib. 3. fol. 60. & lib. 12. cap 3 fol. 106. Carolus Sigonius lib. 1. de antiq. iure ciuium Rom. c. 7.* ita & antiqua semper fuit eorum fides, quemadmodum ex legibus XII. tabularum compertum est: si patronus (id est aduocatus) clienti fraudem faxit, sacer esto. Sacer autem, antiquis malus atque improbus dicebatur, vt notat Festus in voce *Sacer mons.*

9 Cæterum de hoc eodem Aduocatiæ iure, illiusque antiquitate Pitœus ad consuetudines Troyenses, *titul. de l'origine des comptes*, hæc scripta reliquit lectu alioqui non iniucunda. Et pource que ce droict d'Auoerie ou Aduoeson est peu cogneu à nostre France, & qu'a cause d'iceluy, les Comptes de Champagne & Brie ont du plusieurs beaux droicts, comme de giste & autres, es monasteres de leur obeïssance, & de leur garde, selon qu'il sera plus particulierement deduit au traicté de leur domaine, estant maintenant tombé en ce propos, ie me licencieray d'en dire quelque chose en cest endroit. Les Aduoez donc que nos Francois appellent, & les Allemans Vogt ou Castuogt, c'est a dire, Garde de biens, & de chandel (ainsi que nos vieux Romains parlent) sont ceux qui sont nominez es plus anciennes chartes & histoires Aduocati, & leur estat Aduocatio, dont on peut remarquer par icelle deux sortes. Car les vns sont aduoëz des mestiers, qui sont comme patrons, gardes & administrateurs du temporel des Eglises; soubz l'interuention & authorité desquels, tous contracts qui concernoyent le profit des monasteres se faisoyent: mesme par les plus anciennes chartes, il appert que les deuotions qu'on faisoit aux eglises se conferoyent en la personne des Aduoez, & qu'ils se presentoyent en iugement pour leur monasteres en toutes causes, & iugeoient aussi pour eux ou ils auoyent quelque iustice. Cest estat d'Aduoe estoit quelquefois en l'election du monastere par priuilege expres de la fundation, si qu'il estoit en la puissance des moines d'en pouruoir ou destituer a leur discre-

discretion : quelque fois par la fondation mesme leur estoit donnè & assignè vn Aduoé particulier, en la posterité duquel cest estat passoit & demeuroit hereditaire, autrefois le fundateur se reseruoit l'aduoerie de sa fundation. Cependant ce droict ne derogeoit en rien à la garde du souuerain, comme du Roy ou Empereur, laquelle ils appelloyent en leur latin *Mandiburgium* ou Manburgium, comme es actes de l'election du Roy Boson (s'il n'y a faute de l'escriuain) & en Francois Mamburnie. Cela ay ie apris des plus anciennes chartes de Charlemagne, & autres Roys & Empereurs du moyen aage : par lesquelles on peut encor remarquer, que souuentesois par le tiltre de la fondation estoyent specifiez les droicts qui deuoyent appartenir à l'Aduoe à cause de son office, tant es amendes des Courts, qu'autres reuenus de leurs Eglises, lesquels n'estoyent pas petits. Qui fut cause, que depuis fut octroyè à quelques Eglises pour priuilege, de n'auoir qu'vn Aduoe, lequel encor ne pourroit auoir Lieutenant, ny entrer es maisons des Eglises sans y estre appellé. en fin pour les entreprises que faisoyent ordinairement les Aduoez on aduisa pour le mieux de taxer leur gages & reuenus, comme il fut fait soubz Henry troisiesme enuiron l'an M. C. III. au concile de Ratisbone recité par Conrad escriuain de la vie des Euesques de Frisingen, ou entre autres choses est laisseé aux Auoez la troisiesme part des bons & amendes à la charge de garentir de toute perte & iniure leurs monasteres, & leur faire payer ce qu'ils appellent Wergeldt ou *veregildum*, c'est à dire, l'estimation. Que si quelcun vouloit rapporter à ceste sorte de gardes, non seulement ceux qui sont appellez en vne constitution du Code Theodosien de ce nom Aduocats, ou ceux que Posidius & quelques autres des anciens nomment *Actores & defensores Ecclesiæ*, mais encor ceux qui les Grecs sur le declin de leur Empire ont appelle *δημοφύλακας* (ie dy des Eglises & monasteres) il ne me sembleroit de tout sans apparence de raison, encore que ie sache bien que tels estats se trouuent quelquefois attribuez à personnes Ecclesiastiques. Bien oseray ie dire qu'en plusieurs endroicts de nostre France ils portoyent aussi le nom de *Vidame*, qui est à dire Vice Seigneur, ou Lieutenant du Sire (car Dame se prenoit ainsi communement par nos ancestres) d'autant qu'ils representoyent l'Eglise, de laquelle ils estoyent protecteurs es affaires de ce monde. Qui est la cause pour laquelle Florard & quelques autres escriuains conioignent souuentefois ces mots *Vicedominos & Aduocatos*, ainsi que i'ay touchè cy dessus, combien qu'en quelques endroicts il se trouuent distinguez comme diuers. Voyla quant aux Aduoez Ecclesiastiques. Les autres estoient Aduoèz des villes, communautez ou pays, comme ceux, que nous trouuons par les Histoires estre appellez Aduoez d'Ausburg, de Zurich, de Bethune, de Bourges, d'Arras, de Terouenne, sainct Michel, Nomeni,

& autres lieux, de laquelle sorte d'Auoez (qui ne semblent pas estre si anciens que les precedens, desquels toutesfois ils ont prins leur premiere origine) en reste encor quelques vns qui retiennét ce nom, lequel tous ou la plus part de ceux qui ont peu tourner ceste administration en domaine, ont depuis quitté. Et bien qu' au iourdhuy en quelques endroicts ceux qui s'appellent en Romain *Aduoyers*, portent en leur langue le nom de *Schultheys* (qui s'attribue ailleurs plus proprement aux Iuges qui cognoissent des debtes & causes ciuiles) tant y a que la vraye origine de ce mot est telle que i'ay dict, ainsi qu'il se peut verifier par les anciennes chartes des lieux, entre lesquelles il me souuient d'auoir veu ceste cy: Ego Bertholdus de Zeringen, Dux & rector Burgundiæ, Dei & Imperiali gratia Thuregici loci legitimus aduocatus, quod Kastvogt dicitur, &c. Dat. anno ab incar. Dom. M. C. LXXXVII. Indict. V.

Et en vn autre du mesme; Berchtoldus Dux Zeringiæ Dei & Imperatorum ac Regum dono Iudex constitutus & aduocatus, qui vulgo Kastuogt dicitur, in omne Thuregium imperialem iurisdictionem tenens. actum in Burgundiæ castello Burgdorff anno Dom. M.CC.X. Imperii Ottonis Imp. anno primo. Ceux cy donc estoyent pareillemét gardes & protecteurs de ces lieux: en recompése dequoy ils prennoyent aussi quelq; part des reuenus de la ville, communauté ou pays, & specialement des amendes, d'autant qu'ils auoient aussi garde sur la Iustice, de laquelle ils estoyent comme administrateurs ou plustost surintendans, & tenoyent souuentefois en fief ces gages ou reuenus. Dont peut venir qu'encor à present en plusieurs endroicts de la France le droict de Iustice est appellé droict de Voirie ou Vouerie, qui signifie aussi garde & bail, combien que ie ne doute pas que la plus part n'aime mieux le tirer d'ailleurs, d'autant mesme qu'en quelques chartes il se trouue appellé Viarie. Quoy que ce soit, en Suisse, & Allemagne ils baillét ces Voiraux Iuges & appellét Blutvogt, les Iuges de sang & criminelez (qu' ils nóment en quelques lieux Reichvogt) & Landtvogt ceux que nous appellós Baillis en signification de tout pareille, car ce mot Vogt, selon que i'ay apprins des plus doctes de ceste nation, signifie Tuteur, protecteur ou garde, comme se prend proprement en nostre langue celuy de Bailly, & Baillie, & comme ils appellent encor au iourdhuy ceux qui ont charge de sousagez de ce nom Vogt, aussi les appellons nous Baillistres & conioignons ensemble ce mot de bail, garde, & auouerie, combien que parcy deuant les Practiciens y eussent mis quelque subtil difference, laquelle se retient en quelques coustumes particulieres, & es autres a esté depuis ostée en les reformant. D'ylà aussi pourroyent auoir esté faits les mots de Baiulus & Baiulatio, qui se trouuent en quelques endroicts de l'histoire d'Aymoinus & de la suyte, & encor en vne epistre d'vn vieil Abbé de Ferrieres nommé Loup, qui monstre que ce nom estoit de son temps aucunement odieux pour

pour les entreprises de ceux qui portoyent ce tiltre. Et pource que le lieu n'est pas vulgaire, & merite d'estre espluché de plus pres, ie l'ay voulu icy adiouster. il dict donques escriuant au Roy Charles: Non expedit vobis & populo, vt aliquem vobis exæquetis, nedum præponatis. Non admittantur ergo à vobis Monitores, quos Baiulos vulgus appellat, ne gloriam vestrã ipsi inter se partiantur, & meliorem amorem alienent à vobis. qui monstre bien que cest estat de Baiulus estoit lors de grande authorité. Claudam caput hoc verbis Ioannis Ferrariensis Montani *lib.1. de feudis, tit 6. vt feuda diuiduntur.*

Est & beneficium apud Germanos admodum frequens, quod à sacrosanctis Ecclesiis videtur initium cepisse defensionis ergò, collatum non modo nobilibus viris, sed etiam Principibus, quorum multi hodie quoque Monasteriorum Ecclesiarumque sunt aduocati & tutelares ob beneficia quæ ab iis agnoscunt. Sed & ab hac consuetudine quodammodo est itum, atque ideo aduocati propterea etiam appellantur, quod Domini sunt bonorum ad aduocationem pertinentium, in qua nõ solũ habent iuris dicundi auctoritatem, verum etiam in homines atq; colonos talismodi bona possidentes, adeo vt ex his si mortuus fuerit aliquis hæres, certam aliquam rem, equum puta, taurum, quod melius caput, aut quod charissimum est cognominant, aut pecuniam eius loco Domino & aduocato soluere cogatur. Perinde atq; apud VVestphalos Adscriptionem colonorum, qui seruitutis cuiusdam speciem præ se ferunt, bona à nobilibus, & Dominis suis per successores redimuntur: bona autem Aduocatiæ subiecta nemo tenere permittitur nisi ad ea natus, aut si extraneus sit, dominum propterea agnoscere & aduocatiuus homo porrò esse velit, cuius exempla notiora, præsertim Germanis, habentur, quam vt inculcari nobis debeant. 10

QVAESTIO II.

Quæ sit diffinitio Aduocatiæ.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati prior definitio.*
2 *Alia definitio ex Iacobo Cuiacio.*
3 *Tertia definitio ex Hotomanno*
4 *Officium Aduocatorum huius patria consistit maxime in executionib. sententiarum sanguinis in facinorosos per Scabinos latarum.*
5 *Definitio autoris.*

Voca-

1 ADuocatiam diffinio esse munus cui annexa est defensio rerum, aut personarum. Diffinitio hæc formata est non ex Logicorum regulis, sed ex legali prudentia, cui cum omnis diffinitio periculosa sit, *l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur.* amplecti solet descriptionem, per quam res qualicumque modo cognosci potest, reiecta curiosa illa dialecticorum diffinitione, quæ ex genere, & differentia constare debet, vti autor est Trapezuntius *in sua Rhetorica.* Vel si mauis ecce aliam diffinitionem ex Iacobo Cuiacio *lib. 5. de feudis, ad tit. de pace tenenda, fol.* 303. Aduocatia est dignitas quædam siue Vrbis aut Ecclesiæ præpositura, *cap. Saluator, 1. quæst. 3. cap. in quibusdam, de pœnis, c. preterea, c. 2. de iure patron.* Quo in loco idem Cuiacius hæc quæ ad materiam hanc spectant examplificat in hæc
2 verba: Vt aduocatio Tigurinensis in Austria Lazij, aduocatio Betunæ in Chronicis Flandriæ. Carolus in donatione Vlmæ regalis villæ, facta Abbati Augiæ maioris, apud Mutium Germ. Chron. 9. Eligant huic loco aduocatum & defensorem, eo tamen tenore vt quandocumque sui commissi præuaricator in rebus aut hominibus, quod vulgò Balmund dicitur, existat, statim sine mora, sine iudicio aduocatiam perdat. Et paulo post: Si aduocatus hæc nostra statuta transgrediatur, sine iudicio, & absque spe recuperationis aduocatia statim priuetur. Abbas Vrspergẽsis: Mortuo Adelgoso sine hęrede, qui fuit Aduocatus Augustæ, Fridericus Imperator tam aduocatiam quam alia prædia ipsius sibi vendicauit. ita ille.

Hotomannus verò in Dictionario verborum feudalium, Verbo, Aduoca-
3 tus, describit Aduocatiam esse tutelam & defensionẽ sacerdotalis alicuius Collegij, veluti Abbatiæ & monachorum, quibus prædia & vectigalia quædam attributa sunt, quorum potentem aliquem vel Comitem vel alium nobilem sibi defensorem & patronum cooptabant, vt in diplomate donationis quam Carolus Magnus fecit Vlmensibus apud Nauclerum: *Albertum cognatum nostrum aduocatum & defensorem constituimus*, & quæ pluribus ibidem prosequitur Hotomannus: Cui adde Tiberium Decianum Resp. 117. nu. 17. vol. 3.

4 Verum hæc Hotomanni descriptio concernit vnam tantũ Aduocatiæ speciẽ, quæ in defensione consistit: est n. & alia aduocatię species, quæ in executione sententiarum aduersus facinorosos latarũ consistit, cuius gratia aduocati solent cum domino loci seu eius officiato concurrere in mulctis & emendis, & habere iure quodam proprio titulo aduocatiæ cohærenti tertiam partem emendarum & compositionum, vt vocant, quæ iure iniri possunt cum criminosis: hæcque Aduocatiæ species instituta vt existimo, est, quia gladius temporalis spectans ad ecclesiasticos, non poterit sine periculo irregularitatis per eos aut alios eorum iussu exerceri: perindè enim est an quis ipse faciat, an per alium fieri mandet, *l. 1.*

§. deie.

§. deiecisse, ff de vi & vi armata. Ideoque ecclesiastici executiones illas facinorosorum quæ plerumque fiunt per furcas aut sanguinis effusionem, membrorum amputationem, aut vitæ amissionem à se abdicarunt, aliisque iure quodam proprio demandarunt, quod titulo honorifico Aduocatiæ insigniuerunt, honorariique quodam iure eis concesserunt tertiam partem emendarum seu compositionum, quæ fiunt cum aliis criminosis, quibus vita aut aliæ corporales pœnæ condonantur, præter iura venationis aut piscationis, & alia similia quæ pro cuiuslibet Aduocatiæ modulo, & institutione vel consuetudine solet competere. Quamuis & huic etiam speciei licet impropriè teneatur annexa defensio. Quippe quod puniendo facinorosos satis videretur alios tueri atque defendere, *arg. l. illicitas, ff. de officio præsid. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquiliam, c. fama, de sent. excom.*

Proindè generalius diffinio, Aduocatiam esse munus honorificum, cui ob defensionem clientum aut aliud seruitium Reipublicæ vtile aduocaticum præstatur. Dixi *munus*: quia Aduocatia semel suscepta necessario obeunda est more, lege, imperiove eius qui iubendi habet potestatem, *l. munus proprie ff de verb signif.* Adieci *Honorificum*: quia Aduocatiæ, dignitates sunt, *Cuiacius lib. 15. de feudis, tit. de pace tenenda.* Ideoque in honore, *cap. nobis, de iure patronatus, Rochus de Curte tract. de iure patronatus, in verbo honorificum.* Subieci: *Cui ob defensionem clientum aut aliud seruitium Reip. vtile.* vt ostendam duplicem esse aduocatorum differentiam. Sunt enim Aduocatiæ quibus sententiarum criminalium in facinorosos latarum sola executio competit, quod cum Reipublicæ sit vtilissimum, *d. l. ita vulneratus, ff. ad l. aquiliam, l. illicitas. ff. de offic. præsidis, cap. fama, de sent. excom. Rochus de iure patronatus, verb. onerosum, num. 3.* hinc est quod ob eiusmodi munus atque seruitium Aduocatiæ præstetur, merces & honorarium aduocatitium, quod consistit in tertia parte emendarum, venatione, piscatione, & similibus iuribus eis ex institutione aduocatiæ, præscriptione, consuetudine, aut alio legitimo titulo acquisitis.

QVAESTIO III.

Qualiter aduocatiæ à iure patronatus differant.

SVMMARIVM.

1 *Patroni officium strictius est quam Aduocati*

2 *Ius patroni est spirituale, Aduocatie vero seculare.*

3 *Aduocato non competit ius præsentandi ad Ecclesiam.*

1 INter Doctores non satis conuenit de iure patronatus & Aduocatiarum hodiernarum. Plerique enim *in cap. praeterea, de iure patron cap. generali, de elect. in 6.* aduocatum v.g. ecclesiæ accipiunt pro patrono, cur ex fundatione, dotatione, vel ædificatione ius patronatus fuit acquisitum, *cap. nobis, in pr. de iure patronat cap. frigentius, cap. praementis, 16 quaest. 7.* de quo quidem iure extant dicti tractatus Rochi de Curte, Pauli de Citadinis, & Cæsaris Lambertini, existimantq; nonnulli ius illud patronatus & Aduocatiarum hodiernarum eodem iure regulari. *Hostiens. d. c. praeterea, Card. cons. 123.* ex eo quod vtrique, hoc est, patrono aduocatoque tutela atque defensio rerum incumbat *cap. filiis, 16. quaest. 7.* Verum enimuero, iuris patronatus & Aduocatiæ diuersa sunt iura, *Cardinalis Zabarella consil. 123. VVames consil. 481 de iure patronatus,* & tanquam diuersa variis in locis recensentur, *d. cap in quibusdam, de poenis.* Itaque licet vtrique hoc est, patrono & aduocato defensionis munus sit proprium, non tamen par & idem modus. Etenim patroni defensio strictior est iure quodam proprio, propter fundationem aut ædificationem, non autem plane ex mera gratia patronatus ecclesiæ competens, *Innoc. cap. praeterea, 2. de iure patron.* v.g. ad defensionem ædis ac bonorum quæ patronus ecclesiæ contulit ne dilapidentur, vel male pereant, eaque defensio patrono competens non extendenda ad personas aut vniuersitatem rerum aliarum, *d. c. filiis, & cap. decernimus, 16 quaest. 7.* At verò Aduocatia seu denfensio aduocatiæ competens generalior est, continens defensionem vniuersalem seu ius protegendi defendendique ab omnibus iniuriis ac violentiis res & personas aduocatiarum patrocinio commissas, similesque sunt defensoribus ciuitatum, vti alio loco ostendi, quos etiam constat olim ecclesiis, & collegiis ecclesiasticis, fuisse præpositos, *l. iubemus, C. de defensoribus Ciuitatum, lib. 1. col. 3.* ita vt huius Aduocatiæ munus officiumque in sola defensione consistat, *Vdalric. Zasius consil. 7. talis est num. 6. volum. 2. VVamesius consil. 481. in princ. de iure patron. tom. 2.* Nisi tamen ex illius erectione inuestituraque aliud appareat: de quo particulari capite inferius tractabimus.

2 Secundo, Patronatus est ius spirituale, *cap. de iure patron. cap. ad quaestiones, de iure patronatus, Card. d. consil. 123.* At verò aduocatia ius temporale, quod vendi alienariq; potest ad instar feudorum, *cap. Imperialem, de prohib. feudi alienat. per Federic. Card. d. consil. 123.*

3 Tertio, habent ius præsentandi ad aliquam ecclesiam, at verò Aduocatis eiusmodi ius quà aduocatis non competit: sextentę aliæ differentiæ adferri possent inter Patronos & aduocatos, quas hic non attinet referri: satis sit obiter tetigisse.

QVAEST.

QVAESTIO IV.

In quibus conueniant Aduocati & Patroni.

IN multis conuenire tradit Hostiensis *in cap. præterea. 2. de iure patronat.* Qua de re Cardinalis Zabarella Consilium edidit 123. quod hic adtexui; Cum quod autoris sit classici & non vulgaris; tum quod materiæ huic tenebricosæ & obscuræ lucem adferat non mediocrem.

Tenor consilij Card. Zabarellæ 123. Casus talis est.

Reuerendus pater Dominus Albertus Episcopus Tar. inuestiuit ad rectum feudum cum ense nudo, quem tenebat in manu, Dominum Articum filium quondam Guidonis Aduocati de aduocatia Episcopatus Tar. quæ olim remanserat in domo Guidone filio quondam Guercij & quæ fuerat ipsius quondam Domini Guercij & suorum antecessorum, cum omni comitu & signoria tam in terris quam in aquis spectantibus ad dictam Aduocatiam cum aduocatia curiæ Episcopatus trium basilica non pro duabus aduocatiis, sed pro vna tantum, quia vnus debet esse aduocatus tantum Ecclesiæ Tar. Et in testimonium & augmentum honoris dictus aduocatus percipere debeat omni anno pro quolibet mansu Episcopatus qui laboratur à colonis ipsorum mansorum, vnam quartam auenæ vel surgi, & vnum fassum fœni legatum cum torque nouem [illegible]dum, vnam gallinam. Item pro custodia mercati quod fit in Mestre in festo sancti Laurentij & pro nuda quam colligere habet in dicto mercato pro episcopatu Tar. cum mutiis ipsius Episcopatus habere debet vnum pastum cum duodecim sociis & seruitoribus suis & sol triginta ducentorũ de de nariis ipsius nudæ & duos denarios post pro nuda annorum per quemlibet sanma quæ colligitur in Taruisio pro Episcopatu Tar. & fuit olim consuetum, & ita inueniatur fu sse obseruatum vnum pastum de centum cum sua societate modesta & communi cuiuslibet terræ, in qua est castrum Episcopatus à postrema inferius & nil aliud exigere vel præcipere possit vel debeat idem dominus Aduocatus occasio ipsius aduocatiæ vel petere in ciuitate vel extra ciuitatem Taruis. Sed contentus fuit de prædictis, pro quibus omnibus & singulis defendere & manu tenere teneatur Taruisinã Ecclesiam & eius possessiones & bona fideliter & legaliter. Et ipsum Dominum Episcopum etiam cum gladio suo, si oportuerit, & pro Episcopatu & Episcopo Taruis. in terris prædictis iudicia facere consueta. Prout & prædictis constat, publico instrumento scripto per Albertum Gaiam notarium. Currente anno Domini 1271. prima indict. quarta, decima die Martis 13. exiente Maio.

Alia inuestitura.

Successiue vero Reuerendus pater Dom. Albertus tunc Episcopus Tar. cum quodam annulo aureo inuestiuit præfatum Dominum Articum ad feudum in masculis & fœminis succedendo in dictum feudum, tamen donec masculi fuerint fœminæ non succedant, masculis vero deficientibus fœminæ succedant in dictum feudum, cum hac conditione quod si se maritare voluerint teneantur se maritare cum consilio & voluntate ipsius domini Episcopi Tar. qui pro tempore fuerit. Et si contrarium facerent aut fecerint, in dictum feudum non succedant de pluribus mansis terræ siue cohærere. Sed cum nominibus colonorum specificatis in instrumento de inuestitura scripta per Marcum Gouatam in 1293.

Alia inuestitura.

Postea vero in 1296. dictus Dominus Albertus Episcopus prædictus cum annulo suo aureo inuestiuit Dominum Guidonem filium dicti quondam Domini Artici de feudo suprascriptarum possessionum in masculis & fœminis succedendo cum modis & conditionibus appositis in supra proximo instrumento prout patet instrumento suprascripto per Marcum Gaiotam.

Alia inuestitura.

Deinde vero Dominus Pandulphus Episcopus tunc Tar. cum ense nudo manu inuestiuit ad rectum feudum Dominum Guidonem prædictum quondam Domini Artici filium de aduocatia Episcopatus Tar. quæ olim remanserat in domo Guidone filio Do. Guercij & suorum antecessorũ à postrema inferius tum cum omni comitu & Signoria spectantibus ad d. auocariam tam in terris quã in aquis secundum quod habere hactenus consueuit cum auocaria curię Episcopalis trium basilicarum quam habebat & habuerat tam ipse Dominus Guercius, quam pater eius in feudum ab Episcopis & Ecclesiæ Tar. de qua auocaria idem Dominus Guido alias fuerat inuestitus per Dominum Tolbertum quondam Episcopum Tar. prout &c. Cum modis pactis & conditionibus supra appositis in primo instrumento.

Alia inuestitura.

Subsequenter vero in eodem instanti eodemque loco, præsentibusque eisdem testibus præfatus Dominus Pandulphus Episcopus visis & examinatis iuribus ipsius Domini Guidonis considerataque eius persona ipsum Dominum Guidonem

Guidonem cum annulo quem tenebat in manu de dicto feudo inuestiuit, & ipsum feudū eidem renouauit pro se, & suis successionibus,& Ecclesia Tar.cum omnibus pactis conditionibus, & articulis,quæ in instrumento inuestituræ sibi factę de dicto feudo per Dominum Tolbertum Episcopum plenius continétur. Ita tamen quod dictus Dominus Guido dictum feudum habeat, teneat & possideat ad vsum consuetudinem regni, & recti feudi pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, & ex se legitime descendentibus.

Alia inuestitura.

Dominus vero Castellanus Episcopus tunc Tar. cum ense nudo in manu inuestiuit ad rectum feudum Dominum Guidonem prædictum de auocaria prædicta cum modis & pactis, & conditionibus appositis in primo instrumento nulla facta mentione de aliquo feudo, vt plene notatur in instrumento supra scripto per Ioannem Antonij de Asello Notarium, in 1312. indictione decima, die 13. intrante Iulio.

Alia inuestitura.

Et ibidem in continenti dictus Dominus Castellanus Episcopus prædictus cum annulo aureo quem tenebat in manu, dictum Dominum Guidonem de ipso feudo inuestiuit cum pactis & conditionibus antiquis, quæ in superioribus inuestituris dicti feudi continentur, prout stat instrumento supradicto per Ioannem quondam Antonij de Asello prædictum M. indictione die & loco prædictis.

Alia inuestitura.

Posteà autem Dominus Castellanus Episcopus prædictus cum ense nudo quem tenebat in manu, inuestiuit nobilem militem Guicellonem filium quondam nobilis militis Domini Guidonis Aduocati suo nomine recipientem, ac nomine vice dom zilioli eius fratris de aduocatia Episcopatus Tar. cum comitatu & Signoria iurisdictionis omnibus tam in terris quam in aquis, & omnibus singulis aliis iuribus spectantibus & quæ spectare consueuerunt ad dictam aduocatiam seu ad dominos Aduocatos occasione ipsius aduocatiæ. Et omniū feudorum, quæ ipse quondam eius pater & sui maiores & antecessores habuerunt ab Episcopatu Tar. consuerantq; habere vt patet publico instrumento per Franciscum Gratacellum Notarium 1322. indict. quinta, die 26. mensis Martij.

Alia inuestitura.

Postea autem reuerendus pater Dominus Petrus Paulus tunc Episcopus Tar. cum ense nudo inuestiuit Dominum Ziliolum præd ctum pro se & Domino Guicellone eius fratre recipiente sub eadem forma, vt constat instrumento suprascripto per Francilcum prædictum in 133. sexto die primo Iunij.

Alia inuestitura.

Deinde vero Dominus Nicolaus Tempesta suo nomine ac nomine & vice VVampi eius fratris, & Dominus Alexander de sancto Daniele de Padua actor domini Bombaci de Lucio tutoris dictorum Nicolai & Vampi fuerunt inuestiti per dominum Petrum Paulum Episcopum prædictum in omnibus feudis & iuribus eorum de aduocatia & feudo aduocatiæ, & iuribus suis cum ense nudo quem tenebat idem dominus Episcopus in manu vt pater instrumento suprascripto per Petrum de VVadallogo Notarium in millesimo trecentesimo quadragesimo quarto indict. tertia decima die Veneris duodecimo mensis Augusti.

Alia inuestitura.

Denuo vero per Reuerendum patrem Do. Petrum Episcopum tunc Tar. cum ense nudo quem tenebat in manu idem Dominus Episcopus inuestitus fuit Dominus Guluanus de Ramaculo tanquã procurator & procuratrio nomine dominiorum Ziluli Nicolai & Vampi ad feudum de auocaria, honoribus & iurisdictionibus Episcopatus Tar. & de omni comitatu & Signora spectantibus & pertinentibus ad ipsam auocariam, & de omnibus & singulis ipsius auocariæ iuribus & de omnibus quæ d. domini Aduocati & maiores eorum habuerunt & tenuerunt iure feudi ab Episcopatu Tar. vt in instrumento suprascripto per Matthæum de Iustinopoli Notarium in 1358. indict. duodecima, die Martis 25. mensis Iunij.

Alia inuestitura.

Cæterum in 1365. indictione tertia die Mercurij 14. mensis Maij Dominus Vampus quondam Domini Guicellonis Aduocati fuit per Reuerendum patrem Dominum Petrum tunc Tar. Episcopum inuestitus ad feudum de aduocatia honoribus & iurisdictionib. Episcopatus Tar. cum omni comitu & Signoria dictam Auogariam spectantibus & pertinentibus, & de omnibus & singulis ipsius aduocatiæ iuribus, & iurisdictionibus. Item de decima & nouellis villarum Zumiguanæ & Mazacaualli. Pad. districtus & dipect. Tar. Item de Anogaria

curiæ Episcopatus trium basili. Item de omnibus aliis feudis quibuscunque omnibus iuribus & iurisdictionibus ipsorum feudorum secundum quod ipsi antecessores sui & maiores habuerunt tenuerunt ac possederunt iure feudi re- & antiquià prædecessoribus Episcopis & Ecclesias Tar. conditionibus ipsorum feudorum in omnibus eis debitis conseruatis. Et saluo semper omni iure Episcopatus & Ecclesiæ Tar. Prout constat instrumento per Franciscum quondam Simonis de Mestre Notarium, Millesimo indictione, & die supra scriptis.

Alia inuestitura.

Post autem in 1376. indictione quartadecima die nono mensis Aprilis, Dom. Marcus Tempesta quondam Domini Vampi suo nomine ac nomine, vicedomini Guicellonis fratris sui patens se per dictum Dominum Peten. Episcopum præfatum ad feudum inuestiri de aduocatia Episcopatus Tar. cum omnibus iuribus, iurisdictionibus & honoribus ad dictam Auogariam spectantibus cum comitatu & Signoria, iuribus & iurisdictionibus, tam in terris quam in aquis, tam in ciuitate Tar. quam extra spectantibus & pertinentibus, & quæ spectare consueuerunt ad dictam Auogariam seu ad dominos Aduocatos. Et de Auogaria trium basil. & de decima & nouellis villarum Zainguanæ & Mazacaualli Pad. districtus & diœc. Tar. Et de omnibus feudis & iuribus eorum, quæ Dominus Vampus &c. habuerunt & consueuerunt habere à reuerendis patribus dominis Episcopis Tar. fuit inuestitus suo & dicto nomine per dictum Dominum Episcopum de dictis Auogariis Episcopatus Tar. & trium basil. & Mazacaualli & omnibus iuribus ad prædicta spectantibus & pertinentibus cum ense nudo quem tenebat in manu, vt notoriæ est' prædecessorum suorum, vt constat instrumento suprascripto manu Guidonis quondam Petri de Arlotis dicto die. Decessit postea dictus Dominus Marcus filius dicti quondam Domini Vampi nullis relictis filiis masculis ex se descendentibus, sed relicta Domina Maria eius vxore prægnante, quæ peperit filiam nomine Marcolinam relictisque Melladysio, & Nicolao eius fratribus naturalibus ac filiis dicti Domini Vampi naturalibus tantum. Qui Melladosius & Nicolaus legitimati authoritate imperiali fuerunt per Dominum Petrum de Baono tunc Episcopum Tar. creati aduocati seu auogorij episcopatus & Ecclesiæ Tar. & cum quodam ense nudo quem dictus Episcopus tenebat in manu, fuerunt per dictum Episcopum actualiter inuestiti de aduocatia prædicta, ac etiam de aduocatia trium basilii arum cum omnibus & singulis iurisdictionibus & honoribuus comitatu & Signoria tam in terris quam in aquis ac iuribus & rationibus. Ac etiam eosdem inuestuit eosdem Melladusum & Nicolaum pro se & dictis suis hæredibus stipulantes

pulantes & recipientes ad vsum & consuetudinem recti feudi de omnibus & singulis mansis,possessionibus,decimis, feudis tam certis quam incertis pertinentibus,& spectantibus antiquitus ad prædictas aduocarias seu aduocatias quomodocumque,& qualitercumque. Exceptis decimis villarum de Zmuganauæ & Mazacauallo ita & totaliter quod dicti Melladosius & Nicolaus stipulantes & recipientes pro se & suis hæredibus masculis ex eis vel altero eorum descendentibus habeant,& teneant,& possideant dictum feudum ad vsum & consuetudinem regni & recti feudi. Exceptis duntaxat decimis prædictis, dispensat idem Dominus Episcopus cum eisdem & vtroque eorum super omnibus & singulis suprascriptis. Cum pactis,& conditionibus appositis in fine ipsius instrumenti, prout de inuestitura constat instrumento suprascripto per Ioannem Matthæum Paulum clericum Tar. In 1381. indict. 4.die 22.mensis Maij.

Alia inuestitura.

Subsequenter vero fuerunt de nouo dicti Melladosius & Nicolaus inuestiti per sanctissimum Dominum nostrum Dominum Vrbanum Papam VI.de Aduocatia & feudo prædictis cum pactis & conditionibus adiectis in instrumento inuestituræ.

Alia inuestitura.

Postea autem Melladosius prædictus, Dominicus de Alano curator datus bonis prædicti Nicolai, habitis prius lib. mille septingentis sexaginta nouem sol.sex renunciauerunt vni particulæ istius feudi,videlicet tribus mansis in manibus dicti Petri Episcopi tunc Tar.qui Dominus Episcopus deliberatione præhabita diligenti, prædictam renunciationem acceptauit, & ibidem Ioannem Leonardū Notar. procuratorem & procuratorio nomine dicti Permi de la Rota de Ferraria coram eo flexis genibus constitutum recipientem,& procuratorio nomine ipsius Permi,& pro suis hæredibus masculis,& fœminis,cum annulo suo aureo,quem tenebat in manu præsentialiter inuestiuit de dicto feudo dictorum trium mansorum,vt de prædictis constat instrumento suprascripto per Ser Couallatum de summitione in millesimo trecētesimo octuagesimo tertio ind 6.die Mart.3.mensis Nouemb.Et d.Melladusius& Dominicus Cur.nomine d.Nicolai præmiserunt dictos tres mansos defendere & guarentare dicto Domino Permo & habentibus causam ab eo. Et econtra dictus Dominus Permus promisit eisdem, quod si pro parte dictorum Melladusij,& Nicolai fuerunt datæ dicto Domino Permo dictæ libræ mille septingentæ,sexaginta nouem,sex vsque ad duos annos renunciare dictum feudum in manibus dicti Episcopi ad hoc vt dicti Mella-

lelladusius & Nicolaus postea de dicto feudo possint & valeant inuestiri, vt onstat instrumento suprascripto per Ser Couallatum prædictum. Deinde ve- o Ioan. Leonardus prædictus procuratorio nomine dicti Perini renunciauit icto feudo in manibus Domini Petri Pauli Decani & Canonici Tar. Vicarij re- erendi patris Domini Angeli de Castellione Aretino Episcopi Tar. Vt de dicto eudo inuestiretur Ser Antonius Octoual. de Padua, ciuis Tar. qui Dominus vi- carius deliberatione prçhabita diligēti dictā renunciationem acceptauit, ipsum- que Ser Antonium Actoual pro se & hæredibus suis masculis & fœminis stipu- lantem & renunciantem dè dicto feudo cum quodam annulo aureo actualiter inuestiuit, vt cōstat instrumento suprascripto per Andream Taruisinum de Fer- raria Notarium, in 1385. indict. 8. die pen. mensis Maij.

Alia inuestitura.

Reuerendus vero pater Dominus frater Nicolaus Benedicti, ordinis Prædicatorum, Episcopus tunc Tartagin. visis & examinatis iuribus ipsius Ser Antonij cum quodam an- nulo suo aureo ad rectum feudum dictum Ser Antonium pro se & hæredibus suis ma- sculis & fœminis de dicto feudo inuestiuit, etiamsi ad ipsum & eius Episcopatum & Ec- clesiam Tar. foret apertum & iuridice deuolutum, prout de prædictis constat instru- mento suprascripto per Ser Andream Taruisinum de Ferraria Notarium in 1386. indict. 9. die octaua mensis Aug.

Alia Inuestitura.

Demum decessit Ser Antonius prædictus, relictis post se Ludouico & Francisco fra- tribus ac filiis suis legitimis & naturalibus, ac eius hæredibus vniuersalibus, quos di- ctus Dominus Nicolaus Episcopus prædictus cum annulo suo aureo de dicto feudo di- ctorum trium minorum gratiosè inuestiuit pro se & hæredibus suis masculis & fœmi- nis, prout plenè constat instrumento suprascripto per Georgium Zeni de ciuitate Bellu- ni Notarium, in 1393. indict. 1. die Sabbati 15. mensis Nouembr.

Alia inuestitura.

Postmodum vero decesserunt Melladusius & Nicolaus prædicti nullis relictis filiis ex se descendentibus, per quorum mortem aduocatia prædicta vacauit, quam vacantem i- dem Dominus Nicolaus Episcopus prædictus videns Episcopatum & Ecclesiam Tar. ca- rere Aduocato seu auogario, creauit, constituit atque fecit nobilem virum Altinerium quondam Rizolini de Azonibus ibidem coram eo flexis genibus constitutum, & ipsum Altinerium cum quodam ense nudo, quem tenebat in manu, de dicta aduocatia, seu a- uogaria, ac etiam de auogaria trium basilicarum inuestiuit cum omnib. & singulis feu- dis iurisdictione & honore ac comitatu & Signoria, tam in terris quàm in aquis, ac iuri- bus, iurisdictione & honoribus ad ipsam aduocatiā spectantibus & pertinentibus quo- quo modo, pro se & hæredibus suis masculis tantum ex suo corpore natis quemadmo- dum fuerunt inuestiti prædicti Melladusius & Nicolaus vigore suprascripti rescripti. Apostolici, exceptis tamen decimis villarum Zimignanæ & Mazacaualli, de quibus con- stat instrumento suprascripto per Georgium Zeni de ciuitate Belluni Notarium 1389. indict. 12. die Lunæ 29. mensis Martij.

Alia inuestitura.

De feudo autem supradicto fuit inuestita suprascripta Domina Marcolina filia vnica posthuma,& hæres dicti quondam Domini Marci pro se & hæredibus suis masculis & fœminis,ita tamen,quòd donec masculi fuerint, fœminæ non succedant, masculis vero deficientibus fœminæ succedant. Per Reuerendum patrem Dominum Nicolaum prædictum tanquam de feudo paterno,prout constat instrumento suprascripto,per Georgium suprascriptum in 1389.indict.12.die Iunij.

Alia inuestitura.

Reuerendus vero in Christo pater & Dominus D.Lottus de Gambacurtis Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Taruisin visis,& examinatis iurib dictorum Lu.&Franc. habitaque plena & vera cognitione quod dictum feudum de iure spectabat & pertinebat ad dictos Ludouicum & Franciscum cum annulo suo aureo ad rectum feudum dictos Ludouicum & Franciscum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis,de dicto feudo dictorum trium mansorum,etiamsi ad ipsum & eius Episcopatum foret apertum, & legitimè deuolutum, gratiosè inuestiuit,prout constat publico instrumento suprascripto per Ser.Bartholomæum quondam Matthæi de villa, Notarium in 1395.indict.3.die Veneris 23.mensis Aprilis.

Alia inuestitura.

Domina vero Marcolina prædicta quondam dom.Marci prædicti,fuit etiam per dictum Lottum Episcopum præfatum de dicto feudo principali pro se & suis hæredibus masculis,& fœminis cum annulo aureo actualiter inuestita, de cuius inuestitura plene constat publico instrumento suprascripto per Ser Barth.de villa prædictum, in 1000. & indict.prædictis die.

Alia inuestitura.

Mortua autem dicta Dom.Marcolina quæ decessit sine liberis,Reuerend. pater Episc. prædictus Altinerio prædicto ibidem coram eo flexis genibus constituto, ac recipienti pro se & hæredibus suis masculis tantùm Auogariam,& feudum Auogariæ eidem renouauit & ipsum reinuestiuit de d Auogaria & feudo Ecclesiæ Tar ac trium basil. & S. Mariæ de Asollo,cum quodam ense euaginato,cum omnibus & singulis feudis, iurisdictionibus,& honoribus ipsius Auogariæ,& feudi ad ipsam Auogariam & feudum spectantibus & pertinentibus,quoquomodo. Exceptis decimis villarũ Zumignanæ & Mazacaualli superius nominati. Nuncidem Altinerius in iudicio petit tres mansos segregatos à præmisso feudo, vt supra continetur. Ludouicus autem & Franciscus, de quibus in proxima præcedenti inuestitura, se defendunt, prout in actis continetur.

QVAERITVR QVID IVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus sæpe pro patrono sumitur.*
2 *Feudi aduocatiæ diuersa est natura.*
3 ***Patronus potest renunciare iuri patronatus.***
4 *Iuri suo renunciare quemlibet posse, quatenus consideratur eius præiudicium.*
5 ***Feudum quod vendi posit de licentia Domini.***

Super

SVper præmisso themate discutienda sunt aliqua. Primum an inspectis inuestituris, de quibus supra, mansi tres, de quibus fit mentio in inuestitura facta per Dom. Petrum Episc. Taruisinum in personam Ioan. Leonardi procuratoris Domini Perini de Rupta, nomine ipsius Domini Perini, sint censendi pars feudi aduocatiæ, an vero spectauerint ad feudum, de quo fuit inuestita Dom. Marcolina, vt in casu. Secundò præsupposito, quòd spectassent ad feudũ Dom. Marcolinæ, an ex varietate inuestiturarum, de quibus supra, possit dici, quod hoc feudum sit applicatum feudo aduocatiæ, ita quod sint censenda vnum & idem feudum. Et maxime visis actis litis nunc pendentis inter Altinerium ex vna parte, & Ludouicum, & Franciscum ex altera. Tertio præsupposito quod dicti mansi essent censendi spectare ad aduocatiã, an potuerit segregare, & in alios iure feudi transferre modis præmissis. Super quibus dubiis antequam singulatim discutiantur præmittenda sunt aliqua pro intellectu terminorum: vt sciatur qualis sit titulus aduocatiæ, & quid importet. Ad quod respondeo, quòd licet videam poni pro re diuersa à iure patronatus, *de iure patron. præterea*, tamen de hoc est dubiũ. Nã sunt opin. pro & contra: Innoc. enim *in d. c. præterea*, videtur facere differentiã inter hæc, quia licet patronus posit donare ius patronatus, *de iure patro ex insinuatione*, secus tamen dicit in aduocatia, rationem diuersitatis reddit, quia patronus est quasi ex debito, aduocatia verò de gratia tantum. Et idem dicit Innoc. in guardiis & custodiis. Dicit tamen ibi Innoc. quod sæpe Aduocatus pro patrono sumitur, *de iure patron. eam te*. Et quod alius sit patronus, alius Aduocatus, not. *in d. c. præterea in glos.* 2. Post hoc de electio. generali, lib. 6. Hostien, vero *in d. c. præterea*, dicit, non esse differentiam inter hæc, & quod neutrum potest vẽdi nec donari laico sine consensu Episcopi, sed Ecclesiæ sic, *de iure patro. illud, & c. quia clerici, & c. de iure*, & secundum eum illud *c. præterea*, non intendit facere differentiam, sed potius exæquare quocunq; nomine censeantur, quod videtur verius, quia nisi aduocatio esset idem cum patronatu, de ipsa non poneretur in illo tit. *argum. in proœm Gregor.* Et pro hoc quod not. in d. c. quia clerici, in glo. infra quã hoc tenet, & hæc latius scribo in d. c. præterea, in 1. & 2. quæst. Quid autem hoc præmisisse fuerit opus, patebit infra in tertio dubio. Hoc præmisso ad primum, cum quæritur de mansis tribus, an spectauerint ad aduocatiam, an ad feudum, de quo fuit inuestita Domina Marcolina. Respondeo, quod ad feudũm Dominæ Marcolinæ inspecta causa originali prout inspici debet, ff. de contrahenda empt. in venditionib. in fin. ff. de vsuc. sequitur §. fin. ex lata. C. de impo. lucr. descr. l. 1. ad fin. Nam vt patet ex inuestituris, de quibus supra in principio casus, diuerso tempore, & sub diuersa forma fuit facta inuestitura aduocatiæ, & inuestitura feudi, Et quanquam postea in aliquibus fuerit facta inuestitura simul: hoc tamen non arguit feudum esse vnicum, cum sit diuersa natura feudi aduocatiæ, &

alterius feudi, quia primum conceditur personæ, & habet sua onera defendendi Episcopum, etiam cum gladio, in quo debet attendi habilitas, quod non sic requiritur in alio feudo. Et quia in hoc posset instari ex eo, quod inueniuntur fuisse inuestiti successores, qui fuerunt de domo Tempestis, non attento an essent ad hoc habiles, sufficientior est alia ratio: quia diuersa fuit forma inuestituræ in prędictis. Et quamquam postea fuerit facta simul; ex hoc tamen feudum non est factum vnum, quia inuestituræ sequentes factæ fuerunt ad instar primarum. Vnde cum de primis cōstet, secundum eas debent regulari posteriores, per id quod proxime dixi: & pro hoc quod not. Innoc. de priuilegio, quod conceditur ad instar alterius priuilegij, *de fide instrum. inter vers. cæterum*, nec tollitur hæc probatio facta per instrumenta antiqua, etiam si qui testes nunc dicerēt, quod illi de Tempestis tenuissent mansos, de quibus est quæstio, tanquam Aduocati, quia in talibus factis antiquis instrumenta præferuntur testibus, *argum. ff. de probat. si arbiter. de probat. cum causam, not. eod. tit. 3. in glos. vlt.* Et præcipue, quia talia non apprehenduntur oculo corporis, sed mentis: sicut cum dicitur aliquem esse dominum talis rei, vt eleganter not. Innoc. *de testib. cum causam.* Quo casu vt etiam ibi dicit Innoc. non præiudicat dictum testis, nisi causam assignet: quam autem causam possent hoc casu assignare testes, ex ipsa rei veritate & elogiorum inspectione contrarium appareat. In quibus etiam elogiis si quid ambiguitatis ortum fuisset ex eo, quod inuestitura aduocatiæ & alterius feudi fuerat aliquoties facta in eodem instrumento, tamen illud sublatum est per inuestituram factam de feudo Dominæ Marcolinæ, quæ erat de domo de Tempestis: cum tamen feudum aduocatiæ propter defectum masculorum de domo de Tempestis trāslatum esset in aliam cognationem in personam Altinerij, & sic res ad suam naturam reuersa est, *ff. de pact. si vnus, ver. quod si in specie, 35. distinct. ab exordio.* Et per hoc patet responsio ad primum dubium, quod mansi prædicti sunt censendi spectasse ad feudum, de quo fuit inuestita Domina Marcolina, & non ad feudum aduocatiæ, & licet diu est, me subscripserim cuidam consilio, in quo consultum erat, quod hoc feudum, de quo fuit inuestita Domiña Marcolina: in dubio debet intelligi fuisse concessum propter onus feudi aduocatiæ. Tamen si casus ille & iste, de quo supra, diligenter inspiciantur: sunt omnino diuersi. Item vt dico infra in tertio dubio, etiamsi sic esset; non tamen tollitur quin mansi, de quibus quæritur, potuerit alteri infeudari eo modo quo dicitur in casu, quod dico infra ad tertium dubium. Ad secundum, cum quæritur præsupposito, quod mansi prædicti spectauerint ad feudum Dominæ Marcolinæ, an ex varietate inuestiturarum possit dici, quod hoc feudum sit applicatum & vnitum feudo aduocatiæ, & maxime visis actis litis, &c. Respondeo, quod non per ea quæ dixi ad proximum dubium, præcipue quia non fuit intentionis Episcoporum hoc facere, sed

potius

potius contra in eo, quod inuestiuerunt ad instar prædecessorum: & sic suæ inuestituræ regulari debent secundum antiquas, vt proxime dixi. Ad tertium præsupposito, quod dicti mansi essent censendi spectare ad aduocatiam, an potuerint segregari & in alios iure feudi transferri. Respondeo, præsupponendo, quod dixi supra, quod aduocatia censetur idem cum iure patronatus. Quo præsupposito; responsio patet. Nam patronus potest renunciare iuri patronatus, *de testib signicauit, ibid nihil iuris*, &c. *De iure patronatus, cap. vni. in princip. lib. 6.* in eo quod dicit, quod patronus potest dare ius patronatus eidem Ecclesiæ, scilicet cuius est patronus, quo casu dicit ibi glos. 2. quod Ecclesia erit patrona suiipsius, sicut quando priuatur patronus iure patronatus, *de iure patronatus, cap. quia clerici, de pœn. in quibusdam.* quod est dicere, quod ius patronatus est sublatum in effectu propter confusionem, non enim potest Ecclesia in se ipsa habere ius patronatus distinctum, *argum. de institutio. cap. fin.* Pro hoc quod not. Innocent. *in dict. cap. quia clerici*, vbi dicit, quod eo casu quo patronus spoliatur patronatu, Ecclesia erit libera ab Aduocato, 17. *quæst. 4. si quis in atrio. de simon. de hoc.* Et hoc indistinctè procedit, si quæritur de renunciando iuri patronatus in præiudicium patroni: Potest enim quilibet renunciare iuri suo quatenus consideratur eius præiudicium, *de regul. ad Apostolicam.* Si autem quæritur de renunciando patronatui, in eo quod concernit fauorem Ecclesiæ, scilicet quatenus tenetur Ecclesiam defendere, glos. *Ioan.* 15. *quæst.* 7. considerandum dicit renunciationem non tenere. Sed Bart. Brixien. in addit. ibi tenet contrarium dicens, quod potest renunciari, cum etiam possit donari, *de iure patron. ex insinuatione.* Et dicit Archi. *de iure patron. cap. vni. lib. 6.* quod hoc satis plene probat illa noua constitutio *dict. cap. vnic.* Et idem tenet ibi Ioan. Andr. dicens, quod dictum Ioan. procederet si intellexisset, quod patronatus renunciet iuri; quod concernit fauorem Ecclesiæ, patronatu retento. sed (vt ipse dicit) Ioannes, non videtur sic intellexisse, & hoc puto verius quod possit ex toto tolli ius patronatus. Nam ius patronatus non concernit principaliter fauorem Ecclesię, sed fauorem patroni, cui fit in hoc gratia, quod fit patronatus, *de iure patro. cap. 3. in verb sustinuit.* Et quod ibi not. quamuis autem in vim cõsequentiæ concernat fauorem Ecclesiæ; tamen sublato principali debet tolli & accessorium. Neq; enim potest Ecclesia renunciationem prædictã acceptare quatenus est pro se, & repudiare quatenus est contra se. Imò si acceptat, quoad commodum, quod est maius, tenetur ei stare etiam quo ad incommoda: præcipuè quæ sunt minora, *de cen. cum olim.* Sic & alias, si minor impetrat restitutionem cõtra contractum, restituitur etiam maior, *C. si aduers. transact. l. 1. & 2.* not. Innoc. *de in integr. restit. c. auditis.* ex his infertur, quod cum possit Aduocatus renunciare aduocatiæ ex toto per prædicta, fortius potest renunciare aliquibus commodis seu parti feudi, & permittere quod alius inuestiatur: nam etiam potest vendere feudũ de licentia domini.

10. *col. de probib feu. alien. imperialem, in pr.* & quanquā patronatus non posit vendi *de iure pat. de iure*, tamen per hoc nō infertur, quin mansi prædicti etiamsi spectauerint ad aduocatiam, vendi potuerint iure feudi. sicut etiam alias cum permutantur Ecclesiæ loco possessionum deficientium, suppletur pecunia, sic tamen vt contractus nequaquam misceantur *de rerum permut. ad quæstiones.* quod est dicere, quod pecunia non debet suppleri respectu iuris spiritualis. ita & in casu isto ipsa aduocatia non posset vendi, sed mansi sibi assignati sic: ita tamen quod proprietas nō distrahatur, sicut nec in casu nostro fuit distracta. Vnde actum est de commodo Ecclesiæ Taruisinæ, quæ non desiit habere Aduocatum, & vltra hoc sibi alium vasallum acquisiuit. Per hoc patet, quod etiamsi aduocatia censeatur idem cum iure patronatus: adhuc tamen tenuit alienatio dictorum mansorum. nec dicitur Episcopus infeudasse de nouo, ex quo erant soliti infeudari, *de feud. c. 2.* Si autē dicatur, quod aduocatia non sit idem cum iure patronatus; tunc minus est dubium: nam sicut feudum potest vendi de licentia Domini, ita etiam tunc ipsa aduocatia vendi posset. Primum, quod feudum posit vendi, probatur in l. imperialem proxime allegata. tenet autē hæc ratio, quod idem sit censendū in feudo aduocatiæ: quia si ponimus quod aduocatia non sit idem cum iure patronatus: tunc infertur quod sit titulus mere temporalis, & sic potest vendi sicut aliæ res temporales: quæ ratio cessat, si dicatur quod sit idem cū iure patronatus: quia licet ius patronatus, non sit spirituale: nō tamen est mere temporale, sed est spiritualibus annexum, *de iud. quanto:* ideo non potest vendi, vt in præalleg. *c. de iure*, per hæc liquet, quod pro Ludouico & Francisco est primò, quia mansi prædicti non sunt depēdentes ab aduocatia, vt in primo dubio: ideo potuerunt alienari de licentia Episcopi Domini feudi, vt proxime dixi. Itē dato, quod aliquādo fuerit facta inuestitura de feudo aduocatiæ, & de feudo in quo continebantur mansi prædicti; & non hoc sunt hæc duo feuda facta, vnum vt in d. primo dubio, & in secundo dictum est. Tertio, quod etiamsi spectarent aduocatiam, adhuc idem dicendum, scil. quod de licentia Episcopi potuerunt in aliū iure feudi transferri, vt deductum est in tertio dubio. Pro quibus omnibus maximè ad inferendum, quod mansi prędicti non spectauerint ad aduocatiam, faciunt inuestaturæ, de quibus supra: in quibus exprimuntur certæ præeminentiæ aduocatiæ, & additur, quod nihil aliud petere posit. & sic prætextu aduocatiæ non potest petere mansos prædictos. Facit etiam pro prædictis in eo quod dictum est, quod Aduocatus potest renunciare aduocatiæ in totum & in partem. nam licet non sit in casu, tamen inueniuntur instrumenta per quæ liquet, qualiter Guido Domini Gercij vendidit Domino T. Episcopo Taruisino aduocatiam & possessiones apostema sursum. Et sic postea non fuerint illi de Tempestis inuestiti, nisi apostema infr. Nec potest dici quod nō tenuerit alienatio Melladusij, & fratris facta

in do

in dominum Perinum, vt supra in præiudiciũ eorum, qui succedere debebant in feudo, cùm tota parẽtela de Tempestis sit extincta. Et Altinerius, de quo supra, fuit inuestitus de aduocatia in statu, in quo erat etiam factâ detractione quarundam decimarum. non potuit ergo inuestitura noua sibi facta tradere plus iuris, quam in aduocatia tunc reperitur, *de donat. inter vir. & vxor nuper*. Nec potest Altinerius nouiter inuestitus aliquid dicere prætextu alienationis factæ de mansis prædictis eo tempore quo ius nullũ habebat in aduocatia, nec per se, nec per suos authores. Imò ex quo habet causam ab Episcopo, tenetur stare alienationi prædictæ approbatæ per Episcopum modo prædicto, *arg. de re iud. c. penult*.

QVAESTIO V.

Quæ sit inter Aduocatias & feuda differentia.

PErmultæ possunt ex auctoribus iuris colligi differentiæ: verum aliquas tantum veluti per Satyram colligemus: Prima, Aduocatiæ olim solâ beneuolentiâ inibantur & stabant. Feuda autem constituuntur, sola rei immobilis inuestitura, *c. vnic quib mod. feud constit. potest, c. vnic. de feudi cognit. c. 1 in fin. quib. caus. feud. amittatur.* Secunda: Aduocati non clientum aut rerum clientelarium domini sunt, sed tantum protectores. In feudis autem dominia directa sunt Dominorum, *Gail lib. 2. obs. 54.* Tertia, in Aduocatiis patrocinij & obsequij fides ad omnia, in personis & rebus negotiisq; vniuersis extendebatur. Feuda autem ad limites rei beneficiariæ seu feudalis circumscribuntur. Quarta, Patroni seu Aduocati pro clientibus ea faciebant quæ patres pro filiis, pecuniam, contractuumve, rationes explicabant, causas pro iniuste oppressis sumebant, omnem eis quietem publice & priuatim exhibebãt, quam hodie præstant ij, qui monasteria vel ecclesias habent in cõmendam, *Zas. ad ff vetus, tit. de origine iur in pr. n. 17.* At verò vasalli dominis directis egentibus ad dotem filiarum contribuebant, captos vel ipsos, vel filios eorum ab hostibus redimebant, nexos & creditoribus vel ære mulctatos propria pecunia liberabant eisque adesse debebant, *Zas. d. n. 17.* Quinta, Ius Aduocatiæ antiquius est iure Romanorum, vti videre est ex Halicarnassæo lib. 2. Varro lib. 1 De re Rustica. At verò ius feudorum longè recentius à tempore scilicet Longobardorum.

QVAESTIO VI.

Quæ sit differentia inter protectores & Aduocatos.

DE Protectoribus multa scripserunt qui politica tractauerunt. Nihilque aliud est protectio quam velut quidam contractus quo infirmiores in tutelam aut patrocinium Aduocatiarumve potentioris se subiiciunt, quemadmodum de multis Rebuspubl quæ se in patrocinium Regis Hispaniæ subiecerunt scripsit Ioannes à Chokier Serenissimi optimique nostri Principis Ferdinandi Vicarius, frater meus, *in thesauro aphorismorum politicorum lib. 2. c. 11. fol. 135. editionis Romanæ*, ac etiam, sequioris tamen religionis Ioannes Bodinus *De Republ. lib. 1. c. 7. & lib. 5. c. 6.* de qua ego etiam pauca alio in loco, *tom. 1. de iurisdictione ordinaria in exemplis, par. 1. q. 9. n. 3.* Porrò inter Protectores

res

res & Aduocatos id differentiæ est, quod Aduocatia species sit feudi, quæ à lege feudali, illiusq; inuestitura regulatur. *tit. de feudo guardia, in feud.* At verò protectio non à lege feudali, sed à fide & fœdere quo vitro citroq; protegens & protectus sibi inuicem deuinciuntur. Conueniunt autem protectores, & Aduocatus in hac analogiâ qua sicuti vasalli multis modis ab obligatione qua dominis suis directis obligantiũ possunt liberari, & quasi rude donari, ita & protecti à suis protectoribus, *Ioan. Gallus quæst. 134. Bodin lib. 5. c. 6.* Vt merito protectionis fœdera periculi esse plena, ne à suis protectoribus pessundentur, diuexentur in aliudque Dominium reuocentur, scripserint Politię commentatores, vt & fecerunt, quotquot cursim & velut per satyram de hisce aduocatiis feudalibus tractauerunt, quod ex diuersis huiusce tractatus locis dilucide patebit.

QVAESTIO VII.

In quibus discrepent clientes ab Aduocatis.

CLientum hoc nomen, commune esse tam vasallis, quam iis qui clientes sunt eo respectu quo aduocatum aliquem seu patronum cognoscunt, ostendit Iacobus Cuiacius *de feudis lib. 2. tit. 6. de forma fidelitatis fol.* 135. In multis nihilominus differunt clientes à vasallis, vti idem Cuiacius ostendit, recensetq; lib. 1. de feudis. in procemio ad Gerardum Nigrum Feudolegistam fol. 4. & seqq. in hæc verba:

[Placet nobis Stoicorum sententia, quam Diogenes Laërtius refert tria esse seruitutis genera. Vnam, quoties non est potestas viuendi vt velis, vt si liber homo in carcere contineatur: alteram, qua quis dominio alieno cõtra naturam subiicitur. Tertiam, qua seruiunt mercenarij obærati, addicti, vasalli, cliẽtes. Separo vasallos à clientibus: Licet vasalli his libris nonnunquam clientes appellentur & conueniant in multis & separationis ratio euidens. Clientibus onus militiæ adnexum non est, Vasallorum conditio hæc est, vt cum delectus edicitur, in militiam eant, vel vicarium mittant, vel certum censum domini ærario inferant, quod Heribannum siue Haribannum dicitur, à germanorum antiqua voce *Heri*, qua significatur exercitus, quo censu & heris lit. dixerunt. l. 1. 5, *Lang. de exercit. l. 17. de eo qui alij antest. desertionem exercitus.* Theodulphus in Chronicis D. Pipinum Regem in exercitu derelinquens, & id quod Thebislingua Harisit dicitur. Idem Hermannus Gomes *libro de origine Francorum*, Heribanni quantitatem definitur Carolus *Legum Longobardorum, libro* 3. Fridericus pro ea portionem etiam reditus feudi, *l.* 5. Bannum est generale nomen, quo significatur edictum siue citatio: Heribannum speciale; citatio nempe ad delectum. Vtroq; nomine significatur etiam pœna edicto non obtemperantis. Igitur Heribannum non tantum edictio delectus est, sed etiam non respondentis ad delictum, quam & Herischuldam Germani vocant, Auentino teste. Sed vt alias

alias etiam differentias inter clientes & vasallos exequamur. clientes prædia sua pleno iure possident, vasalli prædia feudalia vsusfructus tantum iure perpetui vel temporarij; proprietas est dominorum, à quibus prædia acceperunt beneficij iure: vsumfructum dicimus cum Oberto libro tertio, quod interpretes vtile dominium vocant, propterea quod vasallus rei in feudum datæ vtilem non directam vindicationem habet, quæ tamen ratio vtile dominium non inducit, & verior est Conradi sententia, *libro 4. titul. de alien. pat. feudi* nullum esse vtile dominium. Clientes dabant se in fidem patronorum, & ab iis ferebant sportulas, vel cœnam rectam. Vasalli vel vltrò fidem suam, nobis efferunt, cessa proprietate bonorum suorum, vel nos collatis in eos prædiis nostris fidem eorum eligimus, & sequimur; sportulas, & cœnas à nobis non ferunt, nisi qui feudum, quid dicitur de camera, vel caueria, quod ferè non est feudum, obtinent. His sportulas damus, quæ soldatæ dicuntur *lib. 2. titul.* 10. à glossarum & Germanorum antiqua voce *Sold.* nam & Cæsar ipse scribit, Gallis esse deuotos, quos illi soldarios appellant, quorum inquam hæc est conditio. vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint, si quid iis per vim accidat aut eundẽ casum vnà ferant, vt sibi mortem consciscant. *Robertus in supplemento Segeberti*: Sumpsit Henricus Rex pecunias de feudo vniuscuiusq; loricæ. Capitales Barones secum duxit. Solidarios verò milites innumeros, *Otho cap.* 31. Hospites, quos nunc solidarios dicimus. *Radeuicus* 3. *cap.* 20. vt largitione pecuniæ milites, qui solidarij vocantur, colligeret. Clienti respondet patronus, vt in 12. *Tabul. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.* & inde sumpta translatione, qui causas agit actoris, vel rei. Patronus reus, cliens dicitur, vel susceptus. Nam & clientes posterior ætas vocauit susceptos; & summissos *l.* 1. *C. de prin. ag. in reb.* Vasallo autem respondet dominus, qui & senior dicitur, licet prouectæ ætatis non sit eadem forma, qua Senatorem & Presbyterum dicimus, morum potius, quàm ætatis habita ratione. Nomen igitur ætatis mite dominus feudi habet, quamuis adolescens sit aut iuuenis. *Hactenus Cuiacius.*

QVAESTIO VIII.

In quibus conueniant clientes cum vasallis.

PRoxima quæstione scripsimus discrepantias clientis & vasalli. Analogiam porro clientis & vasalli succinctim hic describemus. Magna quippe est clientelæ & vasallagij iuris communicatio, vt inquit Andreas Knicken *de*

pulantes & recipientes ad vsum & consuetudinem recti feudi de omnibus & singulis mansis, possessionibus, decimis, feudis tam certis quam incertis pertinentibus, & spectantibus antiquitus ad prædictas aduocarias seu aduocatias quomodocumque, & qualitercumque. Exceptis decimis villarum de Zmuganauæ & Mazacauallo ita & totaliter quod dicti Melladosius & Nicolaus stipulantes & recipientes pro se & suis hæredibus masculis ex eis vel altero eorum descendentibus habeant, & teneant, & possideant dictum feudum ad vsum & consuetudinem regni & recti feudi. Exceptis duntaxat decimis prædictis, dispensat idem Dominus Episcopus cum eisdem & vtroque eorum super omnibus & singulis suprascriptis. Cum pactis, & conditionibus appositis in fine ipsius instrumenti, prout de inuestitura constat instrumento suprascripto per Ioannem Matthæum Paulum clericum Tar. In 1381. indict. 4. die 22. mensis Maij.

Alia inuestitura.

Subsequenter vero fuerunt de nouo dicti Melladosius & Nicolaus inuestiti per sanctissimum Dominum nostrum Dominum Vrbanum Papam VI. de Aduocatia & feudo prædictis cum pactis & conditionibus adiectis in instrumento inuestituræ.

Alia inuestitura.

Postea autem Melladosius prædictus, Dominicus de Alano curator datus bonis prædicti Nicolai, habitis prius lib. mille septingentis sexaginta nouem sol. sex renunciauerunt vni particulæ istius feudi, videlicet tribus mansis in manibus dicti Petri Episcopi tunc Tar. qui Dominus Episcopus deliberatione prehabita diligenti, prædictam renunciationem acceptauit, & ibidem Ioannem Leonardũ Notar. procuratorem & procuratorio nomine dicti Permi de la Rota de Ferraria coram eo flexis genibus constitutum recipientem, & procuratorio nomine ipsius Permi, & pro suis hæredibus masculis, & fœminis, cum annulo suo aureo, quem tenebat in manu præsentialiter inuestiuit de dicto feudo dictorum trium mansorum, vt de prædictis constat instrumento suprascripto per Ser Couallatum de summitione in millesimo trecẽtesimo octuagesimo tertio ind 6. die Mart. 3. mensis Nouemb. Et d. Melladusius & Dominicus Cur. nomine d. Nicolai præmiserunt dictos tres mansos defendere & guarentare dicto Domino Permo & habentibus causam ab eo. Et econtra dictus Dominus Permus promisit eisdem, quod si pro parte dictorum Melladusij, & Nicolai fuerunt datæ dicto Domino Permo dictæ libræ mille septingentæ, sexaginta nouem, sex vsque ad duos annos renunciare dictum feudum in manibus dicti Episcopi ad hoc vt dicti Mella-

Melladusius & Nicolaus postea de dicto feudo possint & valeant inuestiri, vt constat instrumento suprascripto per Ser Couallatum prædictum. Deinde vero Ioan. Leonardus prædictus procuratorio nomine dicti Perini renunciauit dicto feudo in manibus Domini Petri Pauli Decani & Canonici Tar. Vicarij reuerendi patris Domini Angeli de Castellione Aretino Episcopi Tar. Vt de dicto feudo inuestiretur Ser Antonius Octoual. de Padua, ciuis Tar. qui Dominus vicarius deliberatione prehabita diligēti dictā renunciationem acceptauit, ipsumque Ser Antonium Actoual pro se & hæredibus suis masculis & fœminis stipulantem & renunciantem de dicto feudo cum quodam annulo aureo actualiter inuestiuit, vt cōstat instrumento suprascripto per Andream Taruisinum de Ferraria Notarium, in 1385. indict. 8. die pen. mensis Maij.

Alia inuestitura.

Reuerendus vero pater Dominus frater Nicolaus Benedicti, ordinis Prædicatorum, Episcopus tunc Tartagin. visis & examinatis iuribus ipsius Ser Antonij cum quodam annulo suo aureo ad rectum feudum dictum Ser Antonium pro se & hæredibus suis masculis & fœminis de dicto feudo inuestiuit, etiamsi ad ipsum & eius Episcopatum & Ecclesiam Tar. foret apertum & iuridice deuolutum, prout de prædictis constat instrumento suprascripto per Ser Andream Taruisinum de Ferraria Notarium in 1386. indict. 9. die octaua mensis Aug.

Alia Inuestitura.

Demum decessit Ser Antonius prædictus, relictis post se Ludouico & Francisco fratribus ac filiis suis legitimis & naturalibus, ac eius hæredibus vniuersalibus, quos dictus Dominus Nicolaus Episcopus prædictus cum annulo suo aureo de dicto feudo dictorum trium minorum gratiosè inuestiuit pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, prout plenè constat instrumento suprascripto per Georgium Zeni de ciuitate Belluni Notarium, in 1393. indict. 1. die Sabbati 15. mensis Nouembr.

Alia inuestitura.

Postmodum vero decesserunt Melladusius & Nicolaus prædicti nullis relictis filiis ex se descendentibus, per quorum mortem aduocatia prædicta vacauit, quam vacantem idem Dominus Nicolaus Episcopus prædictus videns Episcopatum & Ecclesiam Tar. carere Aduocato seu auogario, creauit, constituit atque fecit nobilem virum Altinerium quondam Rizolini de Azonibus ibidem coram eo flexis genibus constitutum, & ipsum Altinerium cum quodam ense nudo, quem tenebat in manu, de dicta aduocatia, seu auogaria, ac etiam de auogaria trium basilicarum inuestiuit cum omnib. & singulis feudis iurisdictione & honore ac comitatu & Signoria, tam in terris quàm in aquis, ac iuribus, iurisdictione & honoribus ad ipsam aduocatiā spectantibus & pertinentibus quoquo modo, pro se & hæredibus suis masculis tantum ex suo corpore natis quemadmodum fuerunt inuestiti prædicti Melladusius & Nicolaus vigore suprascripti rescripti Apostolici, exceptis tamen decimis villarum Zimignanæ & Mazacaualli, de quibus constat instrumento suprascripto per Georgium Zeni de ciuitate Belluni Notarium 1389. indict. 2. die Lunæ 29. mensis Martij.

Alia inuestitura.

De feudo autem supradicto fuit inuestita suprascripta Domina Marcolina filia vnica posthuma,& hæres dicti quondam Domini Marci pro se & hæredibus suis masculis & fœminis,ita tamen,quòd donec masculi fuerint, fœminæ non succedant, masculis vero deficientibus fœminæ succedant. Per Reuerendum patrem Dominum Nicolaum prædictum tanquam de feudo paterno,prout constat instrumento suprascripto,per Georgium suprascriptum in 1389. indict. 12. die Iunij.

Alia inuestitura.

Reuerendus vero in Christo pater & Dominus D. Lottus de Gambacurtis Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Taruisin visis,& examinatis iurib dictorum Lu.& Franc. habitaque plena & vera cognitione quod dictum feudum de iure spectabat & pertinebat ad dictos Ludouicum & Franciscum cum annulo suo aureo ad rectum feudum dictos Ludouicum & Franciscum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis,de dicto feudo dictorum trium mansorum,etiamsi ad ipsum & eius Episcopatum foret apertum, & legitimè deuolutum, gratiosè inuestiuit,prout constat publico instrumento suprascripto per Ser. Bartholomæum quondam Matthæi de villa, Notarium in 1395. indict. 3. die Veneris 23. mensis Aprilis.

Alia inuestitura.

Domina vero Marcolina prædicta quondam dom. Marci prædicti, fuit etiam per dictum Lottum Episcopum præfatum de dicto feudo principali pro se & suis hæredibus masculis,& fœminis cum annulo aureo actualiter inuestita, de cuius inuestitura plene constat publico instrumento suprascripto per Ser Barth. de villa prædictum, in 1000. & indict. prædictis die.

Alia inuestitura.

Mortua autem dicta Dom. Marcolina quæ decessit sine liberis, Reuerend. pater Episc. prædictus Altinerio prædicto ibidem coram eo flexis genibus constituto, ac recipienti pro se & hæredibus suis masculis tantùm Auogariam,& feudum Auogariæ eidem renouauit & ipsum reinuestiuit de d Auogaria & feudo Ecclesiæ Tar. ac trium basil. & S. Mariæ de Asello,cum quodam ense euaginato,cum omnibus & singulis feudis, iurisdictionibus,& honoribus ipsius Auogariæ,& feudi ad ipsam Auogariam & feudum spectantibus & pertinentibus,quoquomodo. Exceptis decimis villarũ Zumignanæ & Mazacaualli superius nominati. Nunc idem Altinerius in iudicio petit tres mansos segregatos à præmisso feudo, vt supra continetur. Ludouicus autem & Franciscus, de quibus in proxima præcedenti inuestitura, se defendunt, prout in actis continetur.

QVAERITVR QVID IVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus sæpe pro patrono sumitur.*
2 *Feudi aduocatiæ diuersa est natura.*
3 *Patronus potest renunciare iuri patronatus.*
4 *Iuri suo renunciare quemlibet posse, quatenus consideratur eius præiudicium.*
5 *Feudum quod vendi possit de licentia Domini.*

Super

SVper præmisso themate discutienda sunt aliqua. Primum an inspectis inuestituris, de quibus supra, mansi tres, de quibus fit mentio in inuestitura facta per Dom. Petrum Episc. Taruisinum in personam Ioan. Leonardi procuratoris Domini Perini de Rupta, nomine ipsius Domini Perini, sint censendi pars feudi aduocatiæ, an vero spectauerint ad feudum, de quo fuit inuestita Dom. Marcolina, vt in casu. Secundò præsupposito, quòd spectassent ad feudũ Dom. Marcolinæ, an ex varietate inuestiturarum, de quibus supra, possit dici, quod hoc feudum sit applicatum feudo aduocatiæ, ita quod sint censenda vnum & idem feudum. Et maxime visis actis litis nunc pendentis inter Altinerium ex vna parte, & Ludouicum, & Franciscum ex altera. Tertio præsupposito quod dicti mansi essent censendi spectare ad aduocatiã, an potuerit segregare, & in alios iure feudi transferre modis præmissis. Super quibus dubiis antequam singulatim discutiantur præmittenda sunt aliqua pro intellectu terminorum: vt sciatur qualis sit titulus aduocatiæ, & quid importet. Ad quod respondeo, quòd licet videam poni pro re diuersa à iure patronatus, *de iure patron. preterea*, tamen de hoc est dubiũ. Nã sunt opin. pro & contra: Innoc. enim *in d. c. preterea*, videtur facere differentiã inter hæc, quia licet patronus possit donare ius patronatus, *de iure patro ex insinuatione*, secus tamen dicit in aduocatia, rationem diuersitatis reddit, quia patronus est quasi ex debito, aduocatia verò de gratia tantum. Et idem dicit Innoc. in guardiis & custodiis. Dicit tamen ibi Innoc. quod sæpe Aduocatus pro patrono sumitur, *de iure patron. eam te*. Et quod alius sit patronus, alius Aduocatus, not. *in d. c. preterea in glos.* 2. Post hoc de electio. generali, lib. 6. Hostien, vero *in d. c. preterea*, dicit, non esse differentiam inter hæc, & quod neutrum potest vẽdi nec donari laico sine consensu Episcopi, sed Ecclesiæ sic, *de iure patro. illud, & c. quia clerici, & c. de iure*, & secundum eum illud *c. preterea*, non intendit facere differentiam, sed potius exæquare quocunq; nomine censeantur, quod videtur verius, quia nisi aduocatio esset idem cum patronatu, de ipsa non poneretur in illo tit. *argum. in proœm Gregor.* Et pro hoc quod not. in d. c. quia clerici, in glo. infra quã hoc tenet, & hæc latius scribo in d. c. præterea, in 1. & 2. quæst. Quid autem hoc præmisisse fuerit opus, patebit infra in tertio dubio. Hoc præmisso ad primum, cum quæritur de mansis tribus, an spectauerint ad aduocatiam, an ad feudum, de quo fuit inuestita Domina Marcolina. Respondeo, quod ad feudũm Dominæ Marcolinæ inspecta causa originali prout inspici debet, ff. de contrahenda empt. in venditionib. in fin ff. de vsuc. sequitur §. fin. ex lata. C. de impo. lucr. descr. l. 1. ad fin. Nam vt patet ex inuestituris, de quibus supra in principio casus, diuerso tempore, & sub diuersa forma fuit facta inuestitura aduocatiæ, & inuestitura feudi, Et quanquam postea in aliquibus fuerit facta inuestitura simul: hoc tamen non arguit feudum esse vnicum, cum sit diuersa natura feudi aduocatiæ, &

alterius feudi, quia primum conceditur personæ,& habet sua onera defendendi Episcopum,etiam cum gladio, in quo debet attendi habilitas, quod non sic requiritur in alio feudo. Et quia in hoc posset instari ex eo,quod inueniuntur fuisse inuestiti successores,qui fuerunt de domo Tempestis,non attento an essent ad hoc habiles,sufficiẽtior est alia ratio: quia diuersa fuit forma inuestituræ in prędictis. Et quamquam postea fuerit facta simul:ex hoc tamen feudum non est factum vnum,quia inuestituræ sequentes factæ fuerunt ad instar primarum. Vnde cum de primis cõstet,secundum eas debent regulari posteriores,per id quod proxime dixi: & pro hoc quod not. Innoc. de priuilegio, quod conceditur ad instar alterius priuilegij, *de fide instrum.inter vers.cæterum*,nec tollitur hæc probatio facta per instrumenta antiqua,etiam si qui testes nunc dicerẽt,quod illi de Tempestis tenuissent mansos, de quibus est quæstio, tanquam Aduocati,quia in talibus factis antiquis instrumenta præferuntur testibus,*argum.ff,de probat.si arbiter. de probat.cum causam,not.eod.tit.3.in glos.vlt*. Et præcipue, quia talia non apprehenduntur oculo corporis,sed mentis: sicut cum dicitur aliquem esse dominum talis rei,vt eleganter not. Innoc. *de testib.cum causam*. Quo casu vt etiam ibi dicit Innoc. non præiudicat dictum testis,nisi causam assignet: quam autem causam possent hoc casu assignare testes,ex ipsa rei veritate & elogiorum inspectione contrarium appareat. In quibus etiam elogiis si quid ambiguitatis ortum fuisset ex eo,quod inuestitura aduocatiæ & alterius feudi fuerat aliquoties facta in eodem instrumento, tamen illud sublatum est per inuestituram factam de feudo Dominæ Marcolinæ,quæ erat de domo de Tempestis: cum tamen feudum aduocatiæ propter defectum masculorum de domo de Tempestis trãslatum esset in aliam cognationem in personam Altinerij, & sic res ad suam naturam reuersa est, *ff.de pact si vnus,ver.quod si in specie,35.distinct. ab exordio*. Et per hoc patet responsio ad primum dubium, quod mansi prædicti sunt censendi spectasse ad feudum,de quo fuit inuestita Domina Marcolina,& non ad feudum aduocatiæ, & licet diu est,me subscripserim cuidam consilio,in quo consultum erat, quod hoc feudum, de quo fuit inuestita Domina Marcolina: in dubio debet intelligi fuisse concessum propter onus feudi aduocatiæ. Tamen si casus ille & iste, de quo supra,diligenter inspiciantur: sunt omnino diuersi. Item vt dico infra in tertio dubio,etiamsi sic esset; non tamen tollitur quin mansi, de quibus quæritur,potuerit alteri infeudari eo modo quo dicitur in casu, quod dico infra ad tertium dubium. Ad secundum,cum quæritur præ supposito, quod mansi prædicti spectauerint ad feudum Dominæ Marcolinæ, an ex varietate inuestiturarum possit dici,quod hoc feudum sit applicatum & vnitum feudo aduocatiæ, & maxime visis actis litis,&c. Respondeo,quod non per ea quæ dixi ad proximum dubium,præcipue quia non fuit intentionis Episcoporum hoc facere, sed potius

potius contra in eo, quod inuestiuerunt ad instar prædecessorum: & sic suæ inuestituræ regulari debent secundum antiquas, vt proxime dixi. Ad tertium præsupposito, quod dicti mansi essent censendi spectare ad aduocatiam, an potuerint segregari & in alios iure feudi transferri. Respondeo, præsupponendo, quod dixi supra, quod aduocatia censetur idem cum iure patronatus. Quo præsupposito; responsio patet. Nam patronus potest renunciare iuri patronatus, *de test. ib signicauit, ibid nihil iuris*, &c. *De iure patronatus, cap. vni. in princip. lib. 6.* in eo quod dicit, quod patronus potest dare ius patronatus eidem Ecclesiæ, scilicet cuius est patronus, quo casu dicit ibi glos. 2. quod Ecclesia erit patrona suiipsius, sicut quando priuatur patronus iure patronatus, *de iure patronatu, cap. quia clerici, de pœn. in quibusdam.* quod est dicere, quod ius patronatus est sublatum in effectu propter confusionem, non enim potest Ecclesia in se ipsa habere ius patronatus distinctum, *argum. de institutio. cap. fin.* Pro hoc quod not. Innocent. *in dict. cap. quia clerici*, vbi dicit, quod eo casu quo patronus spoliatur patronatu, Ecclesia erit libera ab Aduocato, 17. *quæst.* 4. *si quis in atrio. de simon. de hoc.* Et hoc indistinctè procedit, si quæritur de renunciando iuri patronatus in præiudicium patroni: Potest enim quilibet renunciare iuri suo quatenus consideratur eius præiudicium, *de regul. ad Apostolicam.* Si autem quæritur de renunciando patronatui, in eo quod concernit fauorem Ecclesiæ, scilicet quatenus tenetur Ecclesiam defendere, glos. *Ioan.* 15. *quæst.* 7. considerandum dicit renunciationem non tenere. Sed Bart. Brixien. in addit. ibi tenet contrarium dicens, quod potest renunciari, cum etiam possit donari, *de iure patron. ex insinuatione.* Et dicit Archi. *de iure patron. cap. vni. lib. 6.* quod hoc satis plene probat illa noua constitutio *dict. cap. vnic.* Et idem tenet ibi Ioan. Andr. dicens, quod dictum Ioan. procederet si intellexisset, quod patronatus renunciet iuri; quod concernit fauorem Ecclesiæ, patronatu retento. sed (vt ipse dicit) Ioannes, non videtur sic intellexisse, & hoc puto verius quod possit ex toto tolli ius patronatus. Nam ius patronatus non concernit principaliter fauorem Ecclesię, sed fauorem patroni, cui fit in hoc gratia, quod sit patronatus, *de iure patro. cap. 3. in verb sustinuit.* Et quod ibi not. quamuis autem in vim cõsequentiæ concernat fauorem Ecclesiæ; tamen sublato principali debet tolli & accessorium. Neq; enim potest Ecclesia renunciationem prædictã acceptare quatenus est pro se, & repudiare quatenus est contra se. Imò si acceptat, quoad commodum, quod est maius, tenetur ei stare etiam quo ad incommoda; præcipuè quæ sunt minora, *de cen. cum olim.* Sic & alias, si minor impetrat restitutionem cõtra contractum, restituitur etiam maior, *C. si aduers. transact. l. 1. & 2.* not. Innoc. *de in integr. restit. c. auditis.* ex his infertur, quod cum possit Aduocatus renunciare aduocatiæ ex toto per prædicta, fortius potest renunciare aliquibus commodis seu parti feudi, & permittere quod alius inuestiatur: nam etiam potest vendere feudũ de licentia domini.

10. *col. de prohib feu. alien. imperialem, in pr.* & quanquã patronatus non poſsit vendi *de iure pat. de iure*, tamen per hoc nõ infertur, quin manſi prædicti etiamſi ſpectauerint ad aduocatiam, vendi potuerint iure feudi. ſicut etiam alias cum permutantur Eccleſiæ loco poſſeſsionum deficientium, ſuppletur pecunia, ſic tamen vt contractus nequaquam miſceantur *de rerum permut. ad quæſtiones.* quod eſt dicere, quod pecunia non debet ſuppleri reſpectu iuris ſpiritualis. ita & in caſu iſto ipſa aduocatia non poſſet vendi, ſed manſi ſibi aſsignati ſic: ita tamen quod proprietas nõ diſtrahatur, ſicut nec in caſu noſtro fuit diſtracta. Vnde actum eſt de commodo Eccleſiæ Taruiſinæ, quæ non deſiit habere Aduocatum, & vltra hoc ſibi alium vaſallum acquiſiuit. Per hoc patet, quod etiamſi aduocatia cenſeatur idem cum iure patronatus: adhuc tamen tenuit alienatio dictorum manſorum. nec dicitur Epiſcopus infeudaſſe de nouo, ex quo erant ſoliti infeudari, *de feud. c. 2.* Si autẽ dicatur, quod aduocatia non ſit idem cum iure patronatus; tunc minus eſt dubium: nam ſicut feudum poteſt vendi de licentia Domini, ita etiam tunc ipſa aduocatia vendi poſſet. Primum, quod feudum poſsit vendi, probatur in l. imperialem proxime allegata. tenet autẽ hæc ratio, quod idem ſit cenſendũ in feudo aduocatiæ: quia ſi ponimus quod aduocatia non ſit idem cum iure patronatus: tunc infertur quod ſit titulus mere temporalis, & ſic poteſt vendi ſicut aliæ res temporales: quæ ratio ceſſat, ſi dicatur quod ſit idem cũ iure patronatus: quia licet ius patronatus, non ſit ſpirituale: nõ tamen eſt mere temporale, ſed eſt ſpiritualibus annexum, *de iud. quanto*: ideo non poteſt vendi, vt in præalleg. *c. de iure*, per hæc liquet, quod pro Ludouico & Franciſco eſt primò, quia manſi prædicti non ſunt depẽdentes ab aduocatia, vt in primo dubio: ideo potuerunt alienari de licentia Epiſcopi Domini feudi, vt proxime dixi. Itẽ dato, quod aliquãdo fuerit facta inueſtitura de feudo aduocatiæ, & de feudo in quo continebantur manſi prædicti; & non hoc ſunt hæc duo feuda facta, vnum vt in d. primo dubio, & in ſecundo dictum eſt. Tertio, quod etiamſi ſpectarent aduocatiam, adhuc idem dicendum, ſcil. quod de licentia Epiſcopi potuerunt in aliũ iure feudi tranſferri, vt deductum eſt in tertio dubio. Pro quibus omnibus maximè ad inferendum, quod manſi prędicti non ſpectauerint ad aduocatiam, faciunt inueſtaturæ, de quibus ſupra: in quibus exprimuntur certæ præeminentiæ aduocatiæ, & additur, quod nihil aliud petere poſsit. & ſic prætextu aduocatiæ non poteſt petere manſos prædictos. Facit etiam pro prædictis in eo quod dictum eſt, quod Aduocatus poteſt renunciare aduocatiæ in totum & in partem, nam licet non ſit in caſu, tamen inueniuntur inſtrumenta per quæ liquet, qualiter Guido Domini Guercij vendidit Domino T. Epiſcopo Taruiſino aduocatiam & poſſeſsiones apoſtema ſurſum. Et ſic poſtea non fuerint illi de Tempeſtis inueſtiti, niſi apoſtema infr. Nec poteſt dici quod nõ tenuerit alienatio Melladuſij, & fratris facta

in do

in dominum Petinum, vt supra in præiudiciũ eorum, qui succedere debebant in feudo, cùm tota parẽtela de Tempestis sit extincta. Et Altinerius, de quo supra, fuit inuestitus de aduocatia in statu, in quo erat etiam factâ detractione quarundam decimarum. non potuit ergo inuestitura noua sibi facta tradere plus iuris, quam in aduocatia tunc reperitur, *de donat. inter vir. & vxor nuper.* Nec potest Altinerius nouiter inuestitus aliquid dicere prætextu alienationis factæ de mansis prædictis eo tempore quo ius nullũ habebat in aduocatia, nec per se, nec per suos authores. Imò ex quo habet causam ab Episcopo, tenetur stare alienationi prædictæ approbatæ per Episcopum modo prædicto, *arg. de re iud. c. penult.*

QVAESTIO V.

Quæ sit inter Aduocatias & feuda differentia.

PErmultæ possunt ex auctoribus iuris colligi differentiæ: verum aliquas tantum veluti per Satyram colligemus: Prima, Aduocatiæ olim solã beneuolentiã inibantur & stabant. Feuda autem constituuntur, sola rei immobilis inuestitura, *c. vnic quib mod. feud constit. potest, c. vnic. de feudi cognit. c. 1 in fin. quib. caus. feud. amittatur.* Secunda: Aduocati non clientum aut rerum clientelarium domini sunt, sed tantum protectores. In feudis autem dominia directa sunt Dominorum, *Gail lib. 2. obs. 54.* Tertia, in Aduocatiis patrocinij & obsequij fides ad omnia, in personis & rebus negotiisq; vniuersis extendebatur. Feuda autem ad limites rei beneficiariæ seu feudalis circumscribuntur. Quarta, Patroni seu Aduocati pro clientibus ea faciebant quæ patres pro filiis, pecuniam, contractuumve, rationes explicabant, causas pro iniuste oppresis sumebant, omnem eis quietem publice & priuatim exhibebãt, quam hodie præstant ij, qui monasteria vel ecclesias habent in cõmendam, *Zas. ad ff. vetus, tit. de origine iur in pr. n. 17.* At verò vasalli dominis directis egentibus ad dotem filiarum contribuebant, captos vel ipsos, vel filios eorum ab hostibus redimebant, nexos & creditoribus vel ære mulctatos propria pecunia liberabant eisque adesse debebant, *Zas. d. n. 17.* Quinta, Ius Aduocatiæ antiquius est iure Romanorum, vti videre est ex Halicarnassæo lib. 2. Varro lib. 1 De re Rustica. At verò ius feudorum longè recentius à tempore scilicet Longobardorum.

QVAESTIO VI.

Quæ sit differentia inter protectores & Aduocatos.

DE Protectoribus multa scripserunt qui politica tractauerunt. Nihilque aliud est protectio quam velut quidam contractus quo infirmiores in tutelam aut patrocinium Aduocatiarumve potentioris se subiiciunt, quemadmodum de multis Rebuspubl. quæ se in patrocinium Regis Hispaniæ subiecerunt scripsit Ioannes à Chokier Serenissimi optimique nostri Principis Ferdinandi Vicarius, frater meus, *in thesauro aphorismorum politicorum lib. 2. c. 11. fol. 135. editionis Romanæ*, ac etiam, sequioris tamen religionis Ioannes Bodinus *De Republ. lib. 1. c. 7. & lib. 5. c. 6.* de qua ego etiam pauca alio in loco, *tom. 1. de iurisdictione ordinaria in exemplis, par. 1. q. 9. n. 3.* Porrò inter Protectores

res

alias etiam differentias inter clientes & vasallos exequamur. clientes prædia sua pleno iure possident, vasalli prædia feudalia vsusfructus tantum iure perpetui vel temporarij; proprietas est dominorum, à quibus prædia acceperunt beneficij iure: vsumfructum dicimus cum Oberto libro tertio, quod interpretes vtile dominium vocant, propterea quod vasallus rei in feudum datæ vtilem non directam vindicationem habet, quæ tamen ratio vtile dominium non inducit, & verior est Conradi sententia, *libro 4. titul. de alien. pat feudi* nullum esse vtile dominium. Clientes dabant se in fidem patronorum, & ab iis ferebant sportulas, vel cœnam rectam. Vasalli vel vltrò fidem suam, nobis efferunt, cessa proprietate bonorum suorum, vel nos collatis in eos prædiis nostris fidem eorum eligimus, & sequimur; sportulas, & cœnas à nobis non ferunt, nisi qui feudum, quid dicitur de camera, vel caueria, quod ferè non est feudum, obtinent. His sportulas damus, quæ soldatæ dicuntur *lib. 2. titul.* 10. à glossarum & Germanorum antiqua voce *Sold.* nam & Cæsar ipse scribit, Gallis esse deuotos, quos illi soldarios appellant, quorum inquam hæc est conditio. vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint, si quid iis per vim accidat aut eundē casum vnà ferant, vt sibi mortem consciscant. *Robertus in supplemento Segeberti*: Sumpsit Henricus Rex pecunias de feudo vniuscuiusq; loricæ. Capitales Barones secum duxit. Solidarios verò milites innumeros, *Otho cap.* 31. Hospites, quos nunc solidarios dicimus. *Radeuicus* 3. *cap.* 20. vt largitione pecuniæ milites, qui solidarij vocantur, colligeret. Clienti respondet patronus, vt in 12. *Tabul. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.* & inde sumpta translatione, qui causas agit actoris, vel rei. Patronus reus, cliens dicitur, vel susceptus. Nam & clientes posterior ætas vocauit susceptos; & summissos *l. 1. C. de prin. ag. in reb.* Vasallo autem respondet dominus, qui & senior dicitur, licet prouectæ ætatis non sit eadem forma, qua Senatorem & Presbyterum dicimus, morum potius, quàm ætatis habita ratione. Nomen igitur ætatis mite dominus feudi habet, quamuis adolescens sit aut iuuenis. *Hactenus Cuiacius.*

QVAESTIO VIII.

In quibus conueniant clientes cum vasallis.

PRoxima quæstione scripsimus discrepantias clientis & vasalli. Analogiam porro clientis & vasalli succinctim hic describemus. Magna quippe est clientelæ & vasallagij iuris communicatio, vt inquit Andreas Knicken *de*

sublimi & regio territorij iure, cap.1. num. 134.*& seqq.* & quidem tanta, vt clientelæ nomen commune quasi sit,ac in plerisque clientes vasallique conueniant *Cuiacius de feudis lib.2.tit.de forma fidelitatis, fol.*135. *VVamesius consil.* 81 *de iure patron.tom.*2. *Vdalr.Zasius de feudis,tit.de feudi amissione, num.*55 *idem Zasius conf.*6. *num.*7.*tom.*2. Produco in medium has ex Iacobo Cuiacio analogicas proportionalesq; rationes *lib.*2.*de feud.tit.*7 *pag.*134.

Debebant olim etiam serui dominis suis munera quædam ipso iure,& clientes patronis eadem illa quæ diximus plerisque locis vasallos debere dominis. Debebant & patronis liberti. Sed hi non sine iureiurando vel stipulatione, vt cum iurauerant vel promiserant post manumissionem se natalitium patrono daturos libertisve patroni, aut nuptalitium, *l.*7 *§.iurare,ff. de oper.libert.l.vlt. ff. de liber.causa.*

Denique quibus ex causis vasallus feudum amittit,eisdem etiam fere dominum proprietatem siue dominationem feudi amittere,eamque vasallo accedere. Et siue dominus sit qui vasallo, siue vasallus qui domino iusiurandum deferat,non iurat de calumnia. Idem puto esse statuendum de accusatione, vt quemadmodum vasallus dominum accusare,vel contra eum impunè dicere testimonium non potest,ita nec possit dominus in vasallum nisi de feudo sit quæstio,quod ius etiam olim inter patronum & clientem commune est.

Porrò, licet similitudo plerumque fallax sit,facileque aliqua antilogia,aut dissimilitudine difflari possit, *Præses Euerardi loco à simili, & loco à proportione.* Satis tamen est,si similitudo aut proportio in eodem quo est quæstio quadatenus consistat,*l.fin.C.de collat.Molin.ad consul Paris.tit.*1.*§.*22.*num.*155 *Bald.l.*1. *num.* 2. *ff.de iustitia & iure, Andreas Kaichen d.cap.*1.*num.*145. Idque licet (vt Nicephori Callisti verbis vtar) aliqua ex parte persimilis, aliquo vero modo multum ab eo dispar esse possit. *Nicephorus Callistus Historicus Ecclesiasticus lib.* 17.*cap.*18. *in principio.*

QVÆSTIO IX.

Qvot & quales sint Aduocatiæ species.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatia alia vniuersales, alia subalterna.*

2 *Imperatoris potestas latior est respectu Aduocationis Ecclesiæ, quam respectu gubernationis politicæ.*

3 *Reges & Principes sunt Ecclesiæ Aduocati*

MVltæ adferri possunt Aduocatiarum species: Aliæ enim sunt Vniuersales seu supremæ; aliæ Subalternæ; aliæ speciales, *Andreas Knichen de sublimi & regio territorij iure, cap.4.num.337.& 341.* Vniuersalis est ea quæ competit Imperatori, quem ego alio in loco probaui esse Ecclesiæ Aduocatum etiam ad populos sibi temporaliter non subiectos: satis enim est eos esse Ecclesiæ Catholicæ Romanæ subiectos, quamuis Imperator eis legem dicere non possit quâ Imperator, sed quâ defensor, protector, atque Aduocatus Ecclesiæ vniuersalis. Latius enim patet, illius potestas respectu Aduocationis atq; defensionis, quam respectu gubernationis politicæ *Boetius Epo de iurisdict. ecclesiast. temporali, in glos. ad cap. Constantinus, nu.17 fol.247.* quo etiam nomine Dominus mundi solet appelllari, ac globo seu imperatorio pomo honorari, *Boet. Epo. de globo Imperatoris, num.86.& 87,* quod & ostendit frater meus Io. à Chokier in suis scholiis ad Preces Cæsareas. 1 2

Itemque competit Regibus & Principibus, superioribusque in supremis Dominiis, in quibus Ecclesiæ sunt constitutæ. Neque enim inutile (inquit D. Augustinus *epist.28. ad Vincentium, cap. nimium sunt, 23. quæst. 4.* nimium inquietas cohiberi & corrigi per ordinatas à Deo potestates, quales se ostendere debent isti ecclesiarum Aduocati; eoque respectu D. Bernardus *epistola.245.* Conradum Cæsarem peculiarē Ecclesiæ Aduocatum nominauit: nam & Leo Pontifex *in cap. res autem, 23. quæst 5.* Res, inquit, humanæ non aliter tutæ esse possunt nisi quæ ad diuinam confessionem spectant, & regia & sacerdotalis defendat authoritas, *Petr. Gregor. de Rep lib.13. cap.1. num.27.* Vnde & Dux Venetorum honoratur titulo Aduocati, & Patroni S. Marci, à patrocinando, hoc est defendendo Ecclesiam, *cap. in qui busdam, de pœnis, cap. in singulis, de statu monach. Cæsar Lambert. de iure patron. art.3. part.1. quæst. 1. principali, lib 3.* Denique, suprema hæc Aduocatia, quæ plerumque supremis etiam dominis feudi lege cōceditur, Præfectura quædam seu dynastia est territorij iure competens, *Andreas Knichen d. cap.4. num 342.& 346.* 3 4

Subalterna est quæ ratione territorij in quo Ecclesiæ sitæ sunt inferioribus dominis competit, etiamsi ius patronatus non habeant, vt armis aliaque ratione 5

Ecclesiam sub suo dominio sitam tueantur, protegant, atque defendant, *Archid. cap. lectis, dist. 63. Bald. cap. quanto, de iudiciis, Praepositus d cap. lectis, & in cap. imperium, dist. 10.*

6 Specialis porro Aduocatia est, quae ad requisitionem alicuius, aut ex mandato ac concessione Principis, aut ex infeudatione siue territorij iure obtinetur. *Zasius consil. 7. n. 6. part. 2. cap. hoc consuetissimo, vers. non concedendo, de reb. Eccles. non alien. in 6.* & quidem huius Aduocatiae specialis potestas ab ipsa concessione illiusque limitibus dependet, vt non plus tribuatur Aduocato, quam ei vel iure permissum, *d. cap in quibusdam, de poenis*, vel eius inuestitura aut tempore praescriptum sit, *cap. praeterea, 2. de statu Monach. Andreas Knichen de sublimi & regio territorij iure, cap. 4 num. 336. & seqq.* id quod & ego alio in loco ostendi, quo Aduocatias iuris esse odiosi commonstraui.

7 Rursus Aduocatiae aliae sunt quae à Principe, aliae quae à consuetudine ortae sunt.

8 Praeterea aliae sunt Aduocatiae Ecclesiasticae quae concernunt defensionem rerum & personarum ecclesiasticarum, de qua specie celebris est constitutio Gregorij X. in Concilio Lugdunensi relata *in cap. 2. De rebus eccles. non alien. in 6.* Aliae insuper quae concernunt tutelam & patrocinium rerum & personarum aut vniuersitatum prophanarum, *Ioannes Pitoeus aux coustumes de Troyes, tit. de l'origine des comptes, fol. 546. & seqq.* illae à ciuilibus laicisve Aduocatiis deriuasse videntur; istae à priscis Romanorum moribus, teste eodem Andrea Knichen *cap. 4. num. 339.*

9 Praeterea quaedam sunt Aduocatiae supremae, quarum possessores Hautvouez nuncupare possumus, v.g. si praelatura, vel coenobium existit in territorio Principis, Dominus autem quispiam Principi subiectus Aduocatiam habeat, Princeps sublimiorem, seu superiorem habebit Aduocatiam; Dominus verò inferiorem, *Knichen d. loco, c. 4. num. 337.*

10 Rursum aliae Aduocatiae sunt feudales; aliae etiam possunt esse allodiales.

11 Summa, Aduocatiae vel propriè sumuntur, vel impropriè. Propriis Aduocatiis defensio incumbit: impropriis verò, (quae Aduocatiae Degenerantes dici possunt) non defensio, sed sententiarum criminalium executio competit: quarum omnium diiudicatio ex inuestituris Aduocatiarum dependet, quemadmodum pluribus in locis huiusce tractatus ostendi. Inuestiturae enim tenor attendi debet, licet naturae feudi repugnet, *cap. 1. in fin vbi Bald. hoc dicit semper notandum de duobus fratribus à Capitaneo inuestit. Mantica, de tacitis & ambiguis conuention. lib. 23. tit. 2. num. 27. & plenius tit. 19. num. 1.*

QVAEST.

QVAESTIO X.

Sitne Aduocatia contractus nominatus, vel innominatus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatia est contractus nominatus.* 2 *Aduocatus dicitur clienti esse coniunx.*

Sicuti feudum esse contractum nominatum post varios opinionum conflictus obtinuit, *Vdalr. Zasius de feudis, part. 1. num. 5. Franciscus Curtius de feudis, part. 1. quest. 8. num. 35.* ita & ego censeo eodem iure, ac à rationis quod ad hunc articulum attinet paritate, *Praeses loco ab identitate rationis*, Aduocatiam recensendam esse sub categoria contractuum nominatorum.

Ratio est, Quia per manus traditur, nouos contractus à lege vel consuetudine sub noua forma & nomine specifico introductos, censeri debere nominatos, *Barth. l. iuris gentium, §. quinimo. ff. de pact. c. qua in Ecclesia, de const. Prepos. Alex. cap. 1 de benef. fract.* 1

Itaque Aduocatia contractus est nominatus, vigore cuius reciproca fides est patroni & clientis, & hoc est quod Cuiacius *de feudis lib. 2. tit. 7. de noua forma fidelitatis, fol. 134.* eleganter exprimit, patronum esse clienti coniugem, quasi communi fidei vinculo coniunctum, eo sensu quo D. Paulus dixit non vxorem, sed familiarem, consortem, collegam. 2

Hinc debebant olim, vt Cuacij verbis vtar, dominis suis munera quaedam ipso iure & clientes patronis eadem illa quae diximus plerisque locis vasallos debere Dominis. Debebant & patronis liberti. Sed hi non sine iureiurando vel stipulatione, vt cum iurauerant vel promiserant post manumissionem se natalitium patrono daturos, liberis ve patroni aut nuptalitium, *l. 7. §. iurari, ff. de operis libert. l. vult. ff. de lib. caus.*

Quam accipit Dominus à vasallo iurato fidem, eandem vicissim eum tametsi iniuratum debere vasallo praestare, & hoc est quod dicitur, inter Dominum & Vasallum fidem esse reciprocam, vt inter Clientem & Aduocatum.

QVAESTIO XI.

Sitne Aduocatia contractus bonæ fidei, vel stricti iuris.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatia sunt stricti iuris.*
2 *Aduocatia vniuersales sunt bonæ fidei.*
3 *Contractus coram Principe sunt bonæ fidei.*
4 *Aduocatia plurimum præiudicauit iuribus dominorum.*

1 Videtur esse bonæ fidei: quia canonica æquitate humani omnes actus bonæ fidei esse censentur, *Bonacossa de æquitate canonica. Concl.60.Bald.cap.1.de plus pet.Ias.l.etsi post tres,num.27.ff.si quis cautionis, idem §. quadrupli num.9 & §. actionum,num.4.& 37. Instit.de actionib. Vincent.Caroc.sing.316. Latius Cardinalis Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus lib.23.tit.1.num.19.& seqq.*

Verior nihilominus est contraria sententia, Aduocatias stricti esse iuris, quia non recensentur à legislatore in categoria contractuum qui bonæ fidei esse perhibentur, *§.actionum,vbi DD.Instit.de actionib.* ad instar etiam contractus feudalis, qui hac eadem ratione stricti iuris esse censetur, *Vdalric.Zasius de feudis,par.1.num.6.* Neque obstat, quod contractus omnes iure Pontificio censeri debeant bonæ fidei, secundum authoritates in principio huius quæstiunculæ allegatas.

Tum quia isti sententiæ non pauci Doctores classici subscribere noluerunt, Alciatus *l.stipulationum.5. Cato,num.85.ff de verb oblig. Ias.l.& si post tres, ff.si quis caut.iudicio sisti,l.quod te,ff.si cert.pet. Anton.Burgos cap.cum dilecti, de empt.& vend.* quia non est inducenda differētia inter ius ciuile & canonicum, nisi expresse constet, *l.priuilegio,C de sacros.eccles.c.1.de noui oper. nunt. Alciat.d.loco.*

Tum quia etiam ij qui priori censuræ adstipulantur, volunt quidem omnes contractus esse bonæ fidei, quantum ad mentem & substantiam intentionis contrahentium, sed non quantum ad titulum actionis, *Ias.d.§. omnium, num. 4. & 37.Inst.de actio.*

2 Quam tamen conclusionem cum mica, vt dicitur, salis exaudiendam censeo. Nimirum id non obtinere in ea Aduocatiarum specie quam supra vniuersalem dixi, hoc est, quæ Principi cōpetit aut etiam aliis à Principe, vel coram Principe concessa, *Card Mantica d.lib.23.tit.1.num.19.& seqq.*

Contra-

Contractus enim omnes cum Principe, aut coram Principe initi, bonæ fidei esse censendi sunt, *Bald cap. 1. de pace constant. Zasius d. part. 1. nu. 6. Anton. Burgos cap cum dilecti, num de empt. & vendit. Franc. Cremensf. singul. 35. Ias d. §. actionum, num. 2.* quia nihil est quod in Principe magis fulgere debeat, quam recta fides, & vera religio, *l. inter claras, C. de summa Trinitate. Cremensf. d. sing 35.* Verum enimuerò quantumcunque sint Aduocatiæ bonæ fidei, attamen censendæ sunt stricti iuris respectu tertij, cui per eiusmodi Aduocatias præiudicium posset generari, *DD. l. fin ff de constit. Principum*, quod possem si curæ pretium esset, vberius comprobare ex iis quæ in tractatu meo de iurisdictione ordinarij in exemptos, *lib. 1. quæst. 3.* attulimus, dum discussi num exemptiones sint iuris odiosi, vel fauorabilis, vt & ex aliis quæ velut per satyram & cursim hoc in tractatu conscripsimus. Itaque merito Aduocatiæ habendæ sunt stricti iuris, & restringendæ: quia ad instar exemptionum plurimum præiudicatur dominis, & aliis qui sunt ordinarij, *arg eorum quæ tradidi alio in loco, d. quæst. 3.* quod & eleganter demonstrauit Boetius Epo in vniuersitate Duacena Antecessor primi nominis, *tract. de Regalibus vel iure Principum in beneficiis ecclesiast. tit. de abusibus inuadendarum diripiendarum per Castellanos vt Aduocatos rerum episcopalium & aliorum ecclesiæ bonorum sub defensionis prætextu, fol. 161. & seqq.* cuius verba lucem iterum merentur:

[Indignissima fuit, inquit, omnium vexatio nunc Episcoporum, nunc aliorum Ecclesiæ Præsulum per Castellanos qui vocabantur; tanto grauior, quanto Castellani isti suis Dominis, id est, Episcopis erant districtiores, à quibus, vt & Castellaturas (vt vocabantur) suas tanquam vasalli seu clientes in feudum tenebant, quibus fidelitatem promittebant, & Ecclesiæ vel Patroni, vel Aduocati nominabantur, ac nihilominus cum Episcoporum adhuc viuentium valentiumque bona deprædabantur, tum in defunctorum præcipue bonis grassabantur: quales insolentias multiplices ad fastidium vsque commemorat liber ille manuscriptus, ac maxime temporibus Gerardi, quo iubente vexationes istæ litteris mandatæ fuerunt iam inde à temporibus Terdonis Episcopi sub Otthone primo Imperatore. Cum quibus quidem suis Castellanis tantum fuit Episcopis Cameracẽsib: negotij, vt ad arma nonunquã res redierit, & Imperatoris aduersus eos auxilium necesse fuerit Episcopis implorare: cum præsertim Castellani isti potentiores essent plerumque, tanquam vel Comitibus atque Principibus viris affinitate coniuncti, vel etiam Comites, ipsimet condendę peculiaris monetæ simul facultatem interdum consecuti, quemadmodum temporibus Fulberti Episcopi de Comite quodam Isaaco, eodemque pro dimidia saltem parte Castellano Cameracensi plurium Abbatiarum fructibus donato locupletatoque hortatur in eodem libro manuscript. Quinimò Principes ipsimet subinde sub titulo

Proto-

Protectionis nunc per semetipsos, nunc per suos Aulicos Ecclesiæ Cameracensis & Atrebatensis bona sibi sumebant; nominatim Reges Francorum, quibus istud ex iure suorum Regaliorum quasi peculiare, populareque videmus à Gallicis attribui Scriptoribus. Edita fuerunt exempla facinoris huius tristissima post illius Terdonis Episcopi mortem; Cameraci quidem per Carolum Lotharingum vicibus fungentem Imperatoris absentis; Atrebati verò per Lotharium Regem Francorum. Contra quos abusus insigne deinceps impetrauit priuilegium summi Pontificis Arluinus Episcopus cum Otthone III. Imperatore Romam profectus. Attamen & Principes, & Castellani sua redierunt ad ingenia, neque desierunt antiquum (quod aiunt) obtinere; quod omnium periculosissimè fuit expertus idem ille Gerardus Arluini successor, & in principio, & in medio, & in fine sui muneris episcopalis indignissimè miserrimeque per suos Castellanos temporum successu diuersos incessanter diuexatus, vt & Gerardo defuncto Lietbertus. Beatissima nunc secula nostra sub summe Catholicis, & optimis Principibus omnia secundum sacros canones fieri non patiētibus tantum, sed & præcipientibus, nisi quatenus ex indulgentia Pontificia singulare aliquod ius obtinuerunt.] ita ille.

QVAESTIO XII.

Sintne Aduocatiæ iuris odiosi vel fauorabilis?

SVMMARIVM

1 *Aduocatia sunt iuris odiosi.*
2 *Sunt restringenda.*
3 *Aduocatiæ perpetuæ habent speciem seruitutis.*
4 *Dispositio quæ sit censenda fauorabilis.*
5 *Quid si fauor & odium separari nequeant.*
6 *Feuda Ecclesiastica an sint odiosa.*

1 RESpondeo esse iuris odiosi, iisdem plane rationibus quibus respondi Conseruatoriam à iure Canonico introductam iuris non esse fauorabilis, sed odiosi. Quicquid enim ordinariæ iurisdictioni quadantenus repugnat, odiosi esse iuris censetur; & ideò restringendum *Guil. lib. 2 obser. 54.* quod ego pluscùlis in 2 locis rationibusque alibi ostendi, con rmo ego ratione ducta à feudis. Sicuti enim feuda sunt iuris stricti, ac inuestiturarum verba propriè & strictissimè interpretanda, *Bald. & Aluarot. cap. 1. de cognit. feud. Barth. Socin. consil 63. col. 4 & 5. lib. 1 Franciscus Curtius de feudis, part. 1. quæst. 9. n. 37. DD. §. actionum, Inst. de actionib.*

ita

ita & hæ conseruatoriæ Aduocatiæque: æquiparatorum enim est par & æqualis ratio, *Præses loco ab æquiparatis*.

Deinde, omnis dispositio à iure communi exorbitans odiosa est restringenda, *Anton. Gammarus tract. de extentione, num.*89. vt sunt priuilegia, & ea omnia quæ singulari aliquo iure, communi iure repugnante inuenta aut statuta sunt extra orbitam, id est, semitam iuris communis, *l.* 1. *l. ius singulare, ff. de legib. cap.* 1. *de schismaticis Gammarus d. num.*89. 2

Hinc itaque factum est, vt Aduocatiæ sint iuris exosi, variis solutionibus ac Conciliorum decretis repressæ ac restrictæ, *cap in quibusdam de pœnis cap. præterea, 2 de iure patronatus, cap in singulis, §. vlt. de statu monach.* Signanter verò quod insolentia & auiditas eiusmodi Aduocatorum, qui olim designabantur ad præsidium defensionis & protectionis, eo vsque excreuerit, vt ausos videamus prorumpere in dispendium & oppresionem suorum clientum, non tam se Aduocatos protectoresque quam oppressores eorundem exhibendo, *cap. iudicatum dist.* 89 *Zasius de feudis, part.* 1. *de amissione feudi nu.* 15. *Vamesius consil.* 481. *in princ. de iure patr. to* 2. *Guin. c.* 2. *n.* 9. *de reb. eccl. non alien in* 6. Proinde, facienda semper est restrictio aduersus protectores, qui fimbrias suæ potestatis libenter solent extendere: quippe quod Aduocatorum potestas semper sit à limitibus suæ concessionis metienda, neque plus tribuendum aduocato, quam vel iure permissum sit, *cap. in quibusdam, de pœn.* vel concedentis voluntas antiquiorisque temporis obseruatio introduxerit, *c. præterea, 2. de iure patron.*

Ac licet Aduocatiæ appellentur, beneficia, quæ benignè & largè interpretanda sunt, *Castr. consil.* 353. *num.* 2. *in fin lib.* 1. *l. benef. cuius ff de const. par.* Aduocatiæque fauorem continere videantur quatenus defensionem, tutelam patrocinium que respiciunt; odiosæ tamen sunt & strictioris interpretationis, quatenus sub velo defensionis extenduntur: & quidem speciali adhuc ratione, cùm eiusmodi 3 Aduocatiæ perpetuæ sunt; catenus enim species sunt seruitutis, habendi scilicet in alieno territorio ius, v.g. protectionis seu defensionis, quo etiam nomine in feudum concedi dicuntur, vt feudum Guardiæ, non quidem in perpetuum, sed ad tempus, *cap.* 1. *& seqq. de feudo Guardiæ & Castaldiæ.* Nisi, vt iam dixi, concessio, aut temporis antiquitas, aliud introduxerit: potest enim plerumque dominus rei suæ legem quæ ei placet imponere, *l. fin. C. de leg b. l.* 3. *in fin C. de necess. seruis l. tutori, C. de neg. gest. Bald. c. item num.* 4. *in fin de feudo Guardiæ.*

Neque refert, dispositionem censendam esse fauorabilem ex principali intentione disponentis, *gloss. & DD. cap. si propter de rescriptis in* 6 *& in c. sciant cuncti, de elect. in* 6. *Barth l. qui exceptione n.* 2. *ff. de condict. ind. b. l. si quis nec causam, n.* 6. *ff si cert. pet.* principalem autem intentionem aduocatarū esse defensionem, quæ est 4 fauorabilis. *l. Arrianus, ff de act & oblig. l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris*: quia id verum

E est,

est, cum fauor & odium disiungi possunt, tunc enim dispositio fauorabilis q… talis est extendenda; quà vero odiosa, restringenda: Secus verò si fauor ab odio separari disiungique non posit. Nam tunc ex principali intentione censeri debet fauorabilis vel odiosa, *Thomas Sanchez de matrimonio lib.1. disput.1. num 4. Barth. & Bald. l.2. C. de in ius vocando*, *Couarru. lib.1. variar. resol. cap.11. num.5.* aut certè, quod ego alio in loco ostendi, simpliciter odiosa, *Ioan. Andr. cap. vlt. vbi etiam Franc. num.6. & DD. de verb. sig. Bald. l.1. col.1. vers. item nota, quod priuilegium, ff. de constit. princ. Miles in repert. verb Lex dicitur fauorabilis, & verb. priuilegium in vno.* Quod maximè in Aduocatiis Ecclesiarum dicendum est, feuda enim ecclesiarum odiosa dicuntur & restringenda, *Innocent. & Bald. c. cæterum de iudiciis, Alciat. consil.7. num.2. lib.4. Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib. lib.23. tit.16. num.22.* atque vt distinguunt quidam, cum feuda sunt Abbatum, seu inferiorum, quamuis secus si sunt Principum aut Romani Pontificis, *Mantica d. loco.*

QVAESTIO XIII.

Fœminæ an Aduocationis munere fungi possunt?

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ possunt esse Aduocatæ.*
2 *Melioris conditionis sunt viris.*
3 *Fœminæ quo ordine succedant in Aduocatiis.*

1 VIdetur quod non: Quia Aduocatum esse aut Protectorem seu Conseruatorem virile magis munus est, quam muliebre, à quo fœminæ excludi solent, *l. fœmina, vbi DD. ff de reg. iuris, l. si qua illustris, C. ad SC. tum Orficianum, Bald. l quoties, col.2. in fin. C. de suis & legit. l. patrimoniorum, vbi DD. C. de muneribus patrimonial. lib.10.* Hinc est quod eæ à postulando, iudicando, iure vindictæ, Tutelæ, plurimisque aliis actibus secludantur, quos fusè congerat Philippus Decius *d. l. fœmina.* Verùm, magis placuit fœminas ab hoc munere non secludi, qua de re videatur Decisio Farinacij in vna Leodiensi *part.2. decis.362.* & notata infra *quæst.73 num.10. col.11.* Ratio est, quia fœminæ sunt capaces tituli, etiamsi incapaces essent exercitij, *DD. l.1. C de edendo.* id quod etiamsi in controuersiam reuocetur, vt latè videre est apud Farinacium *decis.663. n.6. & 10. par 1.*

2 Attamen certum est non paucis in casibus fœminas nō deterioris sed melioris conditionis esse masculis, vbi post Speculatorem, recenset Philippus Decius *d. l. fœmina, num.75. & seqq. Specul. de procuratoribus, §. ratione, num.3. & seqq.* ideoq; cum

cum mulieres munera publica sexui congruentia, per quæ eorum pudicitia non læditur, subire possint, *d.l.patrimoniorum*, consequens est, vt & Aduocatiæ munus sexui isti non repugnans, subire possint, *cap.1.§. Sic autem, qui feudum dare possunt, cap. 1 § fœmina, de feud. success. cap. 1. de feud. fœmineo.* consequenterque mulier feudo inuestiri, sicuti iurisdictionem, militiam & cætera virilia officio cohærentia exercere potest, *Bald.d.cap.1.§ fœmina quoque. Afflict.cap.1. in pr.quid sit inuestitura, Cin.l fin. C. de Arbitris. Bald. l.in multis ff.de statu hominum, Laurent. Saluianus, de feudi recognit.quæst.96.* ita & dicendum mulierem Aduocatiæ munere fungentem, ea omnia exercere posse, sine quibus munus illud debite explicari non posset, *l.2.vbi DD.ff. de iurisdict. omn.iud. & vide decis.Farinacei 362.par. 2. quam infra descripsi q.63.n.17.* maxime verò quod hodiernis moribus Aduocatiæ sint hæreditariæ, hoc est, successionis iure secundum inuestituræ legem ad posteros transferantur: sicuti enim mulieres in bonis succedere possunt, ita & capaces sunt Aduocatiæ atque cuiuslibet similis dignitatis, *Lud. Molina de maioralib.disp.2.620.n 5. Dec.cons.498 Cagnol.d.l.2.n.4. Card.Mantic.de tacitis & ambiguis conuentionib.lib.23.tit.15.* etiamsi iurisdictionem haberent annexam. *Cardinalis Mantica d.lib.23.tit.14.num.39. Parisius consil. 14. num.12.lib.1.* quod tamen intellige de cientibus masculis. Id quod ab inuestituris & patriæ moribus iudicandum est *Mantica d.tit.15.* à quibus omnis lex feudalis dependet, *Card. Mantica d.lib.23.tit.19 num. 1.& seqq.* vti etiam à natura successionis feudalis, de qua plenè Cardinalis Mantica *d.lib.23. titul. 27. de successione feudorum, & 33.* & Franciscus Curtius *de feudis, par.3.* Quid autem si mares & fœminæ coniunctim ad successionem Aduocatiæ per illius inuestituram vocentur, aut si Aduocatia sit hæreditaria, & æqualis masculis & fœminis, vide Cardinalem Manticam dilucide id explicantem *d.lib.23.tit.23. de ordine qui inter masculos & fœminas in feudorum successione seruari debet.* Qua de materia vidè etiam elegantem decisionem Farinacij in vna Leodiensi *part.2.decis.362.*

QVAESTIO XIV.

Aduocatiæ Ecclesiarum an in feudum dari possint?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, vel monasteria, per se in feudum non possunt concedi.*

2 *Aduocatia ecclesiæ, nobis* die Kasten-vogtey/ *in feudum dari potest, & solet.*

3 *Quid autem sit, & quid iuris consequatur, & ad quid teneantur sibi inuicem, ex pactis & consuetudine locorum discendum, & in gloss.b. Etymon nominis, & vocari quoque*

Schutzherrn/ & habere tales quandoq; ciuitates, aliaque, & de abusu in d. gloss b.

4 *Sane illa, & protectio nullam iurisdictionem tribuere solet, nisi fortè conuentione aut vsu acquisita sit.*

5 *Hodie Prælati laicos de nouo in Aduocatos assumere nequeunt.*

6 *An alienari Aduocatia, aut bona eius possint, gloss in e.*

QVæstionem hanc proponit Henricus Rosendal *de feudis par.* 1 *cap.* 4 *consil.* 14. *fol.* 94. vt est eruditum, neque lectoribus obuium, ideo à capite vsque ad calcem hic inferedum duximus:

1 Ex prædictis euenit, quod Ecclesia, vel Monasterium per se in feudum dari non possunt Aduocatiam Ecclesiæ, id est singulare ius protectionis Ecclesiæ, pro quo, prout conuenit, vel antiquitus obtentum est, annui quid præstari solet, vel alium aliquem fructum plerunq; annexum habens (vulgo videtur in Al-
2 satia & vicinia loci dici, die Kastenvogtey/) in feudum concedi posse & solere. Sic vidi in antiquis monumentis, in Alsatia & alibi, quosdam Dominos, ac nobiles, huiusmodi iure per Episcopos aut alios inuestitos. Estque in Germania vsitatissimum. Sed quoniam in iure scripto quid iuris per eam tribuatur aduocatis vix satis definitur, ideo id vbique, prout consuetum, vel ex pactis & conuentionibus, ad quid sibi inuicem teneantur, obseruandum est, sicut valde
3 diuersimode obseruari video. Vnde euenit cum quidam Dominus prætenderet monasterij aduocatiam, & probaret eam suis maioribus anno 1383. cum quadam baronia à quodam Barone, quasi ad eum pertineret venditam, & se annuatim 6. florenos aliaque exigua honoraria semper ab Abbatibus percepisse, nec aliter ostenderet se alicuius Aduocatiæ quasi possessionem super dicto monasterio nactum, quod dictis honorariis annuis contentus esse, & nullam
4 Aduocatiam imposterum prætendere in Camera Imperiali iussus fuerit. *c Sane nullam iurisdictionem nisi forte vsu aut pacto acquisita foret tribuere solet. *d* Quamuis non negarim in quibusdam aduocatiis ita obtentum, vt Aduocati ius dicant inter subditos ipsius Ecclesiæ pro Episcopis & Abbatibus. Sicut etiam forma inuestituræ aduocatiæ Episcopatus Taruisini Card. Zabarella *consil suo* 123. *incipienti, super præmisso, &c.* Præposita de anno 1271. indicat, vbi postquam dictum, quod Episcopus vasallum inuestierit de aduocatia, cum omni comitatu, & Signoria, tam terra quàm in aquis ad ipsam spectantibus, & subiecisset prouentus aliquos ipsius Aduocati, addit, *pro quibus omnibus & singulis defendere, & manutenere teneatur ipsam Taruisinam Ecclesiam, & eius possessiones, & bona fideliter & legaliter, & ipsum Episcopum etiam cum gladio si oportuerit, & pro Episcopo in prædictis terris, id est, oppidis* (Itali enim vrbem Episcopum non habentem terram vocant) *iudicia facere consueta.* Et habet Zabarella in d. suo consil. 123. quædam

huc

huc pertinentia, an sit idem, quod ius patronatus, an alienari possit cum consensu Domini, an refutari vt alia feuda, &c. quæ iam omitto. Hodie ... prohibitionem iuris Canonici Prælati laicos in Aduocatos de nouo assumere ... possunt. Hæc ideo attexere placuit, quod magnos viros dubitari vidi qu... hi Aduocati habeant, & an idem sint qui appellantur Kastenvogt/ quod q... non inficior, cum & illos audiam & videam plerumque ... pretendere ... aduocati aut defensores, vt ita denominatio illa solum per Synecdochen sit facta.

a *Aluarot. in c. 1. in pr. n. 16. de his qui feud. dar. poss & ibi Præpos. n. 32. Claud. Seysel. d. rubr vlt. Curt. iun. d. p. 2. membr. 1. q. 24. Ioan. Schneid. d. p. 2. n. 3. d. auth. multo magis. & ibi D D. C. de SS. eccles. Ardizon. d. rubric. 9. de inuestit. prælat. in fin. Schrader. p. 4. c. 2. n. 6. inquit*: hæc infeudare prælatos inferiores à Papa non posse, & sic videtur innuere, quasi Papa id possit, quod relinquo auctori. Cum vniuersitate, templa quoque transire, illi concedo, & allegati mecum non refragantur, *vt dixi q. præced.*

b *De his intelligunt quidam §. quicunque aduocatiam, de pace tenenda* vbi interpretes, & Schenck à Tautenberg, id multis explicat. fit & mentio *in c. quia clerici. §. præterea, de iure patronat. Ardizon. rubr. de eo quod datur nomine Gastald &c. c. 30. sub fin. Zas. cons. 7. per totum vol. 2. Andr. Gail. obseruat 54. num 2. lib. 2. idem Zas. p. 10. num. 44. & 55. & Ferrar Montan. c. 6 vers. nono est beneficium &c. lib. 2. fendor. sed ibi in fine paulò aliter accipit. Zabarell. consil. 123 incip. super præmisso, cui optime aduocatia ecclesiæ Taruisinæ, ab eius episcopis aliquibus infeudata, plures præponit inuestituras. Adde Herman. Vulteium lib. 1. c. 8. num. 17. versic. annominatum est. Meminime in libris antiquis vidisse vocem.* Kastenvogt/ *(quasi diceret* præfectum des Kasten/ *id est granarii, reditium, prouentuum frumenti, &c. continenti pro contento vsurpato,) qua nos in Germania vtimur, latine redditam fuisse Aduocatum. Et vidi tales* Kastenvogt/ *etiam habuisse rationem, ne reditus monasteriorum obscurarentur, ne dilapidarentur nec alienarentur sine iusta caussa. Potest etiam reddi* Schutz oder Schirmherr/ *vt plurimum enim protectores esse, & defensores ecclesiarum, &c. debent. Zas. Gail & Vulteius d. locis ita explicant. Et sunt quandoq; ciuitatum, castrorum, &c. etiam aduocati, protectores & defensores. Olim ferè magni beneficij loco existimatum fuit in clientelam alicuius domini ita recipi, sed ob abusum secutum sæpe clientes nunc carere difficilibus & molestis protectoribus, commodi loco reponerent, ita omnium rerum est incerta vicissitudo.*

* c *sic in camera vniuersali iudicatum* in causa* Wandgessen contra Waiden/ *anno* 1563. nam honorariū aliquod annuatim solui, tantum non infert ius aduocatiæ, *arg. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. fin. ff. de calumniatorib. & quamuis titulus adesset, tamen is sine possessione contra tertium non sufficit. l. cum res. 1 b. gl. Bart. &c. C. de probat. & Ioseph Mascard conclus. 537. num. 1. 15. & aliis, vol. 1. nec etiam attenta fuit epistola cuiusdam*

cuiusdam Abbatis antecessoris in qua hunc dominum monasterii Kastenvogt *appellarat, quia illa confessio sine capitulo facta, Menoch. tract. de recup poss. remed* 9. *nu.* 106 *de quo latius vide eundem Mascard. consil.* 367. *num.* 1. *& seqq. vol* 1. *praesertim accedente c.* 2. *de reb. eccles. non alienand.*

d * *per ea quae scribit Gail, obser.* 54. *num.* 1. *&* 4 *vbi hanc ait communem* *, quod scil. protectio non tribuat iurisdictionem, *in quam sententiam multos allegat Alex. in l.* 1. *num.* 34 *ff. de iurisdict. omnium iudicum, & consil.* 13. *num.* 17. *lib* 6.

e *d. c.* 2. *de reb. eccles non alienand. lib,* 6. *Schenc. in d. §. quicunque aduocatiam,* alienari cum vniuersitate posse credo, *non obstante d. c praeterea, de iure patronat. & cap. dilecti, de maiorit. & obed* Cardinal *Zabarell. in d eleganti consil.* 113. *num.* 4. *&* 5. *ait, si dixeris, aduocatiam idem esse cum patronatu, non impediri, quin res aliqua ad ipsam pertinentes, cum consensu domini saluo iure directo: sin verò dixeris non esse idem cũ patronatu, tunc ipsam quoque vendi posse, quia sit titulus plane temporalis. Sanè tu tale patronatus esse non puto, quale fundatoribus templi alicuius datur, sed patrocinii tamen speciem, vocabulo in genere sumpto, vide apud Zabarell. d. loc. num.* 1.] Ita ille, &c.

QVAESTIO XV.

Aduocatia qualis sit feudi species.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum varia species:*
2 *Feuda potius praesumuntur cum pacto & prouidentia quam haereditaria, item recta quam non recta.*

1 COgnito iam, an Aduocatiae in feudum dari possint, restat inquiramus sub qua categoria & feudorum specie sint Aduocatiae collocandae. Inter varias feudorum species alia dicuntur feuda recta, alia nõ recta, seu degenerantia, *cap.* 1. *de feudo non habente propriam naturam feudi, cap.* 1. 5. *fin. Quid sit inuestit. & vtrobique* DD. *Vdalr Zasius de feudis par.* 12. Recta feuda dicuntur quae iure feudali regulantur, nimirum quae transitoria sunt ad haeredes, quae ex gratia beneficentiaque Domini directi creata sunt, quae obligant vasallum ad incerta seruitia, quae siue consensu domini agnatorumque alienari non possunt, quae in re immobili consistunt, & sine culpa amitti non possunt, *Card. Mant. de tacitis & ambiguis conuent. tom.* 2. *lib.* 23. *tit.* 3. *per tot.*

2 [2] Non rectum autem feudum seu degenerans dicitur, quod pactis propriis dissidet & degenerat à natura feudi; licet enim in capitulis quae non sunt alterata naturam recti feudi retineat, tamen in aliis capitulis seu pactionibus degenerantibus

tibus à natura feudi, censebitur feudum non rectum, atque degenerans, vti copiosius ostendit Zasius *de feudis, cap. 12. Dec. cons. 193. Bald. lib. 1. quæst. 16. de rer. diuis. & in cap. fin. de capitaneo qui curtem vendidit.* His succinctim præmissis, censeo Aduocatias referendas esse sub categoria feudorum non rectorum, seu degenerantium. Ratio est, quia species hæc feudi heteroclita est, naturam habens certis quibusdam in capitibus feudis informem, & tamen multis in casibus feudalibus regulis repugnantem, vti bene animaduertit Zasius *d. part. 12. num. 5. & seqq.* idque maximè si mores hodiernos Germanorum attendamus, *Zasius d. loco latius Henricus Rosendal de feudis, par. 1. cap. 4 concl. 14.* cuius verba superius recensuimus, *quæst. 14.* Denique illud non est omittendum, feudum in dubio præsumendum esse ex pacto & prouidentia, *Farinac. decis. 127. num. 11. part. 1. dec. 256. num. 11. part. 2. cap. 1. §. ad filias. de success. fratr.* proprium item seu rectum potius quam improprium. *Farinac. ibid.*

QVAESTIO XVI.

Aduocatiæ an allodiales esse possint?

SVMMARIVM

1 *Feuda à fide dicuntur.*
2 *Allodialia bona quæ sint.*
3 *Aduocatiæ allodiales esse possunt.*
4 *Francia non agnoscit bona allodialia.*

Recensuimus suprà Aduocatias in feudum haberi posse. Nunc succinctim inquirendum, an tanquam allodiales possint possideri. Distincta est & separata ratio bonorum feudalium ab allodialibus: Feuda enim quæ à fide seu fidelitate nomen acceperunt, *cap. nulla, per quos fiat inuestitura. Ioannes Raynandus in comprehensorio feudali, in pr. num. 6. fol. 3.* sunt beneuolæ, liberæ & perpetuæ concessiones rei immobilis, vel solo cohærentis, aut inter immobilia computatæ, ad vtendum & fruendum cum translatione vtilis Dominij, proprietate retenta seu fidelitate, & exhibitione seruitij, *Ioannes Raynandus ibid. num. 5.* Allodialia verò sunt propria & libera patrimonia, bonave, de quibus quis potest disponere liberè, absque alicuius seruitij aut laudemij præstatione, suntque ad masculos & fœminas transitoria, & à nemine recognoscuntur nisi à Deo, licet in alia iurisdictione seu districtu sita sint, quoad protectionē & iurisdictionem tantum, *glo. & DD. l. benè à Zenone, C. de quadrienii præscript. Andreas Knicken de sublimi & regio territorij iure, cap. 1. num 281.* & hoc est quod dicitur ad francum allodium,

odium, *§. ad hoc qui allodium, de pace iuramento firmanda, vbi DD. cap. 2. & 3. Si de feudo controuers. fuerit*, *Io. Branchi in summa feudorum, in princip. 1. par vers. sed quandoq; Pluribus quæritur an idem etiam sit quod allodium, Bald. & DD. ad rubr. de allodiis, Guido quæst.* 112. idque etiamsi eiusmodi allodia essent alieni alteri tributaria: non ideo enim amitterent naturam allodij nec desinerent habere plenum dominium vtile & directum, *l. vni. C. de vsucapione transformanda, gl. l. in prouinciali, in prin. ff. de noui oper. nunt. & in §. per traditionem, vbi Io. Faber Inst. de rer. diuis. Io. Raynandus in cap. imperialem, nu.* 10. *de prohibita feudi alien. per Feder.*

His breuiter præmissis censeo Aduocatias posse etiam esse allodiales, hoc est, quæ tam respectu vtilis, quam dominij pleno iure spectent ad Aduocatum. Neque refert quod ratione eiusmodi bonorum fortè debeatur seruitium, hoc est, defensio tutelaque rerum aut personarum, à quibus res Aduocatiales processerunt. Sicuti enim bona tributaria non impediunt quo minus eadem bona allodiorum iure censeantur, *Ioannes Raynandus d. num.* 10. ita neque si ratione eorundem bonorum aliqua seruitia aut defensiua iura debeantur, modo tamen eadem bona ab alio quoad directum dominium non recognoscantur, vti prolixius explicat, Ioannes Raynandus *d. num.* 10. *& seqq.* Idque in patria iuris scripti. Francia enim allodia bona non agnoscit, vti autor est Ioannes Pitæus *aux coustumes de Troyes, tit. 4. de la Nature & condition des heritaiges. art. 2. fol.* 117. Car en France en ne peut tenir terre sans Seigneur, on tittre censate, Faber §. *omnium, Instit. de act. num. 13. & in l. 1. C. de Summa Trinit. num. 9. l. 1. num. 2. C. de iure emphyt. Castr. l. 4. in prin ff. de acq poss.*

QVAESTIO XVII.

An variare liceat ab exceptione allodialis aduocatiæ ad feudalem.

SVMMARIVM.

1 *Variatio prohibita.*
2 *Excipiens de allodio videtur negare feudum.*
3 *Variare licet ab allodia ad feudum.*
4 *Aduocatia qualiter probetur.*

1 VIdetur non licere: Tum quia variatio & illusio semper vitanda est, *cap. cum illusio, de renunciatione. Tiraq. l. boues, §. hoc sermone. ff de verb. sign. Mol. ad Cons. Paris, tit. 1. §. 10. nu. 10. & seqq. DD. l. serui electione. ff. de leg. 1.*

Tum

Tum quia excipiens de allodio videtur feudum negare, & consequenter illud amittere, *cap. vasallus feudum, si de feudo fuerit controuersia, c. præterea si inter. vbi Io. Reynaudus, in 12 quæst & §. illud quoque in 9 quæstione, de prob bis feudi absen per Federicum.* Verùm glossa iuris ciuilis censuit id licere, ac ab exceptione allodij variare, & ad exceptionem rei feudalis recurrere, *glos. l. penult C. de ingenuis & manumiss.* Ex quibus autem præsumptionibus atque argumentis Aduocatiæ feudum probari possit, colligi potest ex latè traditis per Cardinalem Manticam *de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 23. tit 5. per tot.* 3 4

1	Per inuestituram, verborumq; eius energiam	
2	Per Iuramentum conforme Aduocatiæ officio	
3	Per testes deponentes esse Aduocatiam.	
4	Per famam.	*Mantic. d. tit. 5. nu 13. & seqq. & titul. 8.*
5	Ex confessione defuncti, quæ inest hæredibus.	
6	Ex enuntiatione Principis.	
7	Si olim fuit aduocatia, hodie adhuc esse præsumitur.	
8	Ex possessione 30. annorum cum præstatione seruitutis Aduocatialis.	

QVAESTIO XVIII.

Ciuitates & Communitates an possint se alterius Aduocatiæ subiicere?

SVMMARIVM.

1 *Distinctio inter ciuitates liberas, & alteri subiectas: illæ possunt, hæ non possunt.*

2 *Subiicere se alterius Aduocatiæ, sapit alienationem.*

3 *Aduocati solent sibi iura dominicalia vsurpare.*

4 *Interest Domini, ne subditi sui vexentur.*

5 *Aduocati pro defensione subditos expilant.*

6 *Consilium Hieronymi Schurff.*

7 *Protectio an iuri dominorum praiudicet.*

8 *Protector debet protectum defendere armis.*

9 *Verba (sub protectione, & regimine) quid importent.*

10 *Per protectionem non eximitur aliquid iurisdictione ordinarii.*

11 *Defensio promissa per contractum censetur inermis.*

12 *Subditi possunt specialiter se subiicere protectioni sui Domini.*

13 *Plus timeri solet, quod specialiter promittitur.*

14 *Ciuitates Liberæ possunt se protectioni al-*

Protectionis nunc per semetipsos, nunc per suos Aulicos Ecclesiæ Cameracensis & Atrebatensis bona sibi sumebant; nominatim Reges Francorum, quibus istud ex iure suorum Regaliorum quasi peculiare, populareque videmus à Gallicis attribui Scriptoribus. Edita fuerunt exempla facinoris huius tristissima post illius Terdonis Episcopi mortem; Cameraci quidem per Carolum Lotharingum vicibus fungentem Imperatoris absentis; Atrebati verò per Lotharium Regem Francorum. Contra quos abusus insigne deinceps impetrauit priuilegium summi Pontificis Arluinus Episcopus cùm Otthone III. Imperatore Romam profectus. Attamen & Principes, & Castellani sua redierunt ad ingenia, neque desierunt antiquum (quod aiunt) obtinere; quod omnium periculosissimè fuit expertus idem ille Gerardus Arluini successor, & in principio, & in medio, & in fine sui muneris episcopalis indignissimè miserrimeque per suos Castellanos temporum successu diuersos incessanter diuexatus, vt & Gerardo defuncto Lietbertus. Beatissima nunc secula nostra sub summe Catholicis, & optimis Principibus omnia secundum sacros canones fieri non patiêtibus tantum, sed & præcipientibus, nisi quatenus ex indulgentia Pontificia singulare aliquod ius obtinuerunt.] ita ille.

QVAESTIO XII.

Sintne Aduocatiæ iuris odiosi vel fauorabilis?

SVMMARIVM

1 *Aduocatia sunt iuris odiosi.*
2 *Sunt restringenda.*
3 *Aduocatia perpetua habent speciem seruitutis.*
4 *Dispositio qua sit censenda fauorabilis.*
5 *Quid si fauor & odium separari nequeant.*
6 *Feuda Ecclesiastica an sint odiosa.*

2 RÉspondeo esse iuris odiosi. iisdem plane rationibus quibus respondi Conseruatoriam à iure Canonico introductam iuris non esse fauorabilis, sed odiosi. Quicquid enim ordinariæ iurisdictioni quadantenus repugnat, odiosi esse iuris censetur; & ideò restringendum *Guil. lib. 2 obser.* 54. quod ego plusculis in locis rationibusque alibi ostendi, con〈fi〉rmo ego ratione ducta à feudis. Sicuti enim feuda sunt iuris stricti, ac inuestiturarum verba propriè & str〈i〉ctissimè interpretanda, *Bald. & Aluarot. cap. 1. de cognit. feud. Barth. Socin. consil* 63. *col.* 4 *& 5. lib. 1 Franciscus Curtius de feudis, part. 1. quæst. 9. n.* 37. *DD. S. actionum, Inst. de actionib.* ita

ita & hæ conseruatoriæ Aduocatiæque: æquiparatorum enim est par & æqualis ratio, *Præses loco ab æquiparatis.*

Deinde, omnis dispositio à iure comuni exorbitans odiosa est restringenda, *Anton. Gammarus tract. de extentione, num.* 89. vt sunt priuilegia, & ea omnia quæ singulari aliquo iure, communi iure repugnante inuenta aut statuta sunt extra orbitam, id est, semitam iuris communis, *l. 1. l. ius singulare, ff. de legib. cap. 1. de schismaticis, Gammarus d num.* 89. 2

Hinc itaque factum est, vt Aduocatiæ sint iuris exosi, variis solutionibus ac Conciliorum decretis repressæ ac restrictæ, *cap in quibusdam de pœnis cap. præterea, 2 de iure patronatus, cap in singulis, §. vlt. de statu monach.* Signanter verò quod insolentia & auiditas eiusmodi Aduocatorum, qui olim designabantur ad præsidium defensionis & protectionis, eo vsque excreuerit, vt ausos videamus prorumpere in dispendium & oppresionem suorum clientum, non tam se Aduocatos protectoresque quam oppressores eorundem exhibendo, *cap. iudicatum dist.* 89 *Zasius de feudis, part. 1. de amißione feudi nu. 15. VVamesius consil. 481. in princ. de iure patr. to 2. Guin. c. 2. n. 9. de reb. eccl. non alien in 6.* Proinde, facienda semper est restrictio aduersus protectores, qui fimbrias suæ potestatis libenter solent extendere: quippe quod Aduocatorum potestas semper sit à limitibus suæ conconcessionis metienda, neque plus tribuendum aduocato, quam vel iure permissum sit, *cap. in quibusdem, de pœn.* vel concedentis voluntas antiquiorisque temporis obseruatio introduxerit, *c. præterea, 2. de iure patron.*

Ac licet Aduocatiæ appellentur, beneficia, quæ benignè & largè interpretanda sunt, *Castr. consil. 353. num. 2. in fin lib. 1. l. benef. cuius ff de const. par.* Aduocatiæque fauorem continere videantur quatenus defensionem, tutelam patrociniumque respiciunt; odiosæ tamen sunt & strictioris interpretationis, quatenus sub velo defensionis extenduntur: & quidem speciali adhuc ratione, cùm eiusmodi 3 Aduocatiæ perpetuæ sunt; eatenus enim species sunt seruitutis, habendi scilicet in alieno territorio ius, v.g. protectionis seu defensionis, quo etiam nomine in feudum concedi dicuntur, vt feudum Guardiæ, non quidem in perpetuum, sed ad tempus, *cap. 1. & seqq. de feudo Guardia & Castaldia.* Nisi, vt iam dixi, concessio, aut temporis antiquitas, aliud introduxerit: potest enim plerumque dominus rei suæ legem quæ ei placet imponere, *l. fin. C. de legib. l. 3. in fin C. de necess. seruis, l. tutori, C. de neg. gest, Bald. c. item num. 4. in fin de feudo Guardia.*

Neque refert, dispositionem censendam esse fauorabilem ex principali intentione disponentis, *glos. & DD. cap. si propter de rescriptis in 6 & in c. sciant cuncti, de elect. in 6. Barth. l. qui exceptione n. 2. ff. de condict. ind. b. l. si quis nec causam, n. 6. ff si cert. pet.* principalē autē intentionē aduocatarū esse defensionem, quæ est fauorabilis. *l. Arrianus, ff de act & oblig. l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris*; quia id verum 4

E est,

est, cum fauor & odium disiungi possunt, tunc enim dispositio fauorabilis qu- talis est extendenda; quà vero odiosa, restringenda: Secus verò si fauor ab odio separari disiungique non posit. Nam tunc ex principali intentione censeri debet fauorabilis vel odiosa, *Thomas Sanchez de matrimonio lib.1. disput.1. num 4. Barth. & Bald. l.2.C.de in ius vocando, Couarru. lib.1.variar.resol.cap.11.num.5.* aut certè, quod ego alio in loco ostendi, simpliciter odiosa, *Ioan. Andr. cap. vlt. vbi etiam Franc. num.6. & DD. de verb. sig. Bald. l.1. col. 1. vers. item nota, quod priuilegium, ff. de constit. princ. Miles in repert. verb Lex dicitur fauorabilis, & verb. priuilegium in vno.* Quod maximè in Aduocatiis Ecclesiarum dicendum est, feuda enim ecclesiarum odiosa dicuntur & restringenda, *Innocent. & Bald. c. caeterum de iudiciis, Alciat. consil. 7. num. 2. lib.4. Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib. lib.23. tit.16. num.22.* atque vt distinguunt quidam, cum feuda sunt Abbatum, seu inferiorum, quamuis secus si sunt Principum aut Romani Pontificis, *Mantica d. loco.*

QVAESTIO XIII.

Fœminæ an Aduocationis munere fungi possunt?

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ possunt esse Aduocatæ.*
2 *Melioris conditionis sunt viris.*
3 *Fœminæ quo ordine succedant in Aduocatiis.*

1 Videtur quod non: Quia Aduocatum esse aut Protectorem seu Conseruatorem virile magis munus est, quam muliebre, à quo fœminæ excludi solent, *l. fœmina, vbi DD. ff. de reg. iuris, l. si qua illustris, C. ad SC. tum Orficianum, Bald. l quoties, col. 2. in fin. C. de suis & legit. l. patrimoniorum, vbi DD. C. de munerib. patrimonial. lib.10.* Hinc est quod eæ à postulando, iudicando, iure vindictæ, Tutelæ, plurimisque aliis actibus secludantur, quos fusè congerit Philippus Decius *d. l fœmina.* Verùm, magis placuit fœminas ab hoc munere non secludi, qua de re videatur Decisio Farinacij in vna Leodiensi *part. 2. decis. 362.* & notata infra *quæst. 73 num. 10. col. 11.* Ratio est, quia fœminæ sunt capaces tituli, etiamsi incapaces essent exercitij, *DD. l. 1. C de edendo.* id quod etiamsi in controuersiam reuocetur, vt latè videre est apud Farinacium *decis. 663. n.6. & 10. par 1.*

2 Attamen certum est non paucis in casibus fœminas nō deterioris sed melioris conditionis esse masculis, vbi post Speculatorem, recenset Philippus Decius *d. l. fœmina, num.75. & seqq. Specul. de procuratoribus, §. ratione, num.3. & seqq.* ideoq; cum

cum mulieres munera publica sexui congruentia, per quæ eorum pudicitia non læditur, subire posſint, *d.l.patrimoniorum*, consequens est, vt & Aduocatiæ munus sexui isti non repugnans, subire posſint, *cap.1.§. Sic autem, qui feudum dare possunt, cap.1 § fœmina, de feud. successſ. cap.1. de feud. fœmineo.* consequenterque mulier feudo inuestiri, sicuti iurisdictionem, militiam & cætera virilia officio cohærentia exercere potest, *Bald.d.cap.1.§ fœmina quoque. Afflict.cap.1. in pr.quid sit inuestitura, Cin.l fin. C. de Arbitris. Bald l.in multis ff.de statu hominum, Laurent. Saluianus, de feudi recognit.quæst.96.* ita & dicendum mulierem Aduocatiæ munere fungentem, ea omnia exercere posse, sine quibus munus illud debite explicari non posset, *l.2.vbi DD.ff.de iurisdict. omn.iud. & vide decis.Farinacei 362.par. 2.quam infra descripsi q.63.n.17*, maxime verò quod hodiernis moribus Aduocatiæ sint hæreditariæ, hoc est, successionis iure secundum inuestituræ legem ad posteros transferantur: sicuti enim mulieres in bonis succedere possunt, ita & capaces sunt Aduocatiæ atque cuiuslibet similis dignitatis, *Lud.Molina de maioralib.disp.2.620.n 5.Dec.consſ.498 Cagnol.d.l.2.n.4.Card.Mantic.de tacitis & ambiguis conuentionib.lib.23.tit.15.* etiamsi iurisdictionem haberent annexam, *Cardinalis Mantica d.lib.23.tit.14.num.39.Parisius consil. 14. num.12. lib.1.* quod tamen intellige de cientibus masculis. Id quod ab inuestituris & patriæ moribus iudicandum est *Mantica d.tit.15.* à quibus omnis lex feudalis dependet, *Card. Mantica d.lib.23.tit.19 num.1.& seqq.* vti etiam à natura successionis feudalis, de qua plenè Cardinalis Mantica *d.lib.23. titul.27. de successione feudorum, & 33.* & Franciscus Curtius *de feudis, par.3.* Quid autem si mares & fœminæ coniunctim ad successionem Aduocatiæ per illius inuestituram vocentur, aut si Aduocatia sit hæreditaria, & æqualis masculis & fœminis, vide Cardinalem Manticam dilucide id explicantem *d.lib.23.tit.23.de ordine qui inter masculos & fœminas in feudorum successione seruari debet.* Qua de materia vidè etiam elegantem decisionem Farinacij in vna Leodiensi *part.2.decis.362.*

QVAESTIO XIV.

Aduocatiæ Ecclesiarum an in feudum dari posſint?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, vel monasteria, per se in feudum non possunt concedi.*

2 *Aduocatia ecclesiæ, nobis* die Kasten-vogtey/ *in feudum dari potest, & solet.*

3 *Quid autem sit, & quid iuris consequatur, & ad quid teneantur sibi inuicem, ex pactis & consuetudine locorum discendum, & in gloss.b. Etymon nominis, & vocari quoque*

Schutzherrn/ *& habere tales quandoq; ciuitates, aliaque, & de abusu in d. gloss b.*

4 *Sane illa, & protectio nullam iurisdictionem tribuere solet, nisi fortè conuentione aut vsu acquisita sit.*

5 *Hodie Prælati laicos de nouo in Aduocatos assumere nequ unt.*

6 *An alienari Aduocatia, aut bona eius possint, gloss in e.*

QVæstionem hanc proponit Henricus Rosendal *de feudis par. 1 cap. 4 consil. 14. fol. 94.* vt est eruditum, neque lectoribus obuium, ideo à capite vsque ad calcem hic inferedum duximus:

1 Ex prædictis euenit, quod Ecclesia, vel Monasterium per se in feudum dari non possunt Aduocatiam Ecclesiæ, id est singulare ius protectionis Ecclesiæ, pro quo, prout conuenit, vel antiquitus obtentum est, annui quid præstari solet, vel alium aliquem fructum plerunq; annexum habens (vulgo videtur in Al-

2 satia & vicinia loci dici, die Kastenvogtey/) in feudum concedi posse & solere. Sic vidi in antiquis monumentis, in Alsatia & alibi, quosdam Dominos, ac nobiles, huiusmodi iure per Episcopos aut alios inuestitos. Estque in Germania vsitatissimum. Sed quoniam in iure scripto quid iuris per eam tribuatur aduocatis vix satis definitur, ideo id vbique, prout consuetum, vel ex pactis & conuentionibus, ad quid sibi inuicem teneantur, obseruandum est, sicut valde

3 diuersimode obseruari video. Vnde euenit cum quidam Dominus prætenderet monasterij aduocatiam, & probaret eam suis maioribus anno 1383. cum quadam baronia à quodam Barone, quasi ad eum pertineret venditam, & se annuatim 6. florenos aliaque exigua honoraria semper ab Abbatibus percepisse, nec aliter ostenderet se alicuius Aduocatiæ quasi possessionem super dicto monasterio nactum, quod dictis honorariis annuis contentus esse, & nullam

4 Aduocatiam imposterum prætendere in Camera Imperiali iussus fuerit. *c Sane nullam iurisdictionem nisi forte vsu aut pacto acquisita foret tribuere solet. *d* Quamuis non negarim in quibusdam aduocatiis ita obtentum, vt Aduocati ius dicant inter subditos ipsius Ecclesiæ pro Episcopis & Abbatibus. Sicut etiam forma inuestituræ aduocatiæ Episcopatus Taruisini Card. Zabarella *consil suo 123. incipienti, super præmisso, &c.* Præposita de anno 1271. indicat, vbi postquam dictum, quod Episcopus vasallum inuestierit de aduocatia, cum omni comitatu, & Signoria, tam terra quàm in aquis ad ipsam spectantibus, & subiecisset prouentus aliquos ipsius Aduocati, addit, *pro quibus omnibus & singulis defendere, & manutenere teneatur ipsam Taruisinam Ecclesiam, & eius possessiones, & bona fideliter & legaliter, & ipsum Episcopum etiam cum gladio si oportuerit, & pro Episcopo in prædictis terris, id est, oppidis* (Itali enim vrbem Episcopum non habentem terram vocant) *iudicia facere consueta.* Et habet Zabarella in d. suo consil. 123. quædam

huc

huc pertinentia, an sit idem, quod ius patronatus, an alienari possit cum consensu Domini, an refutari vt alia feuda, &c. quæ iam omitto. Hodie ex prohibitionem iuris Canonici Prælati laicos in Aduocatos de nouo assumere [illegible] possunt. Hæc ideo attexere placuit, quod magnos viros dubitari vidi quid [illegible] hi Aduocati habeant, & an idem sint qui appellantur Kastenvogt/ quod q[illegible] non inficior, cum & illos audiam & videam plerumque ea prætendere q[illegible] aduocati aut defensores, vt ita denominatio illa solum per Synecdochen sit facta.

a *Aluarot. in c. 1. in pr. n. 16. de his qui feud. dar. poss. & ibi Prepos. n. 32. Claud. Seysel. d. rubr. vlt. Curt. iun. d. p. 2. membr. 1. q. 24. Ioan. Schneid. d. p. 2. n. 3. d. auth. multo magis. & ibi D D. C. de SS. eccles. Ardizon. d. rubric. 9. de inuestit. prælat. in fin. Schrader. p. 4. c. 2. n. 6. inquit*: hæc infeudare prælatos inferiores à Papa non posse, & sic videtur innuere, quasi Papa id posit, quod relinquo auctori. Cum vniuersitate, templa quoque transire, illi concedo, & allegati mecum non refragantur, *vt dixi q. præced.*

b *De his intelligunt quidam §. quicunque aduocatiam, de pace tenenda* vbi interpretes, & Schenck à Tautenberg, id multis explicat. fit & mentio *in c. quia clerici. §. præterea, de iure patronat. Ardizon. rubr. de eo quod datur nomine Gastald. &c. c. 30. sub fin. Zas. cons. 7. per totum vol. 2. Andr. Gail. obseruat. 54. num. 2. lib. 2. idem Zas. p. 10. num. 44. & 55. & Ferrar. Montan. c. 6. vers. nonò est beneficium &c. lib. 2. feudor. sed ibi in fine paulò aliter accipit. Zabarell. consil. 123. incip. super præmisso, cui omne aduocatia ecclesiæ Taruisinæ. ab eius episcopis aliquibus infeudata, plures præponit inuestituras. Adde Herman. Vulteium lib. 1. c. 8. num. 17. versic. innominatum est. Memini me in libris antiquis vidisse vocem.* Kastenvogt/ *(quasi diceret* præfectum des Kasten/ *id est granarij, redituum, prouentuum frumenti, &c. continenti pro contento vsurpato,) qua nos in Germania vtimur, latine redditam fuisse Aduocatum. Et vidi tales* Kastenvogt/ *etiam habuisse rationem, ne reditus monasteriorum obscurarentur, ne dilapidarentur nec alienarentur sine iusta caussa. Potest etiam reddi* Schutz oder Schirmherr/ *vt plurimum enim protectores esse & defensores ecclesiarum, &c. debent. Zas. Gail. & Vulteius d. locis ita explicant. Et sunt quandoque ciuitatum, castrorum, &c. etiam aduocati, protectores & defensores. Olim ferè magni beneficij loco existimatum fuit in clientelam alicuius domini ita recipi, sed ob abusum secutum sæpe clientes nunc carere difficultatibus & molestiis protectoribus, commodi loco reponerent, ita omnium rerum est inevitabilis vicissitudo.*

* c *sic in camera vniuersali iudicatum*. in causa* Wandtgassen *contra* Wanden/ *anno* 1563. nam honorariū aliquod annuatim soluti, statim non infert ius aduocatiæ, *arg. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. fin. ff. de calumniator. b. & quamuis titulus adesset, tamen is sine possessione contra tertium non sufficit. l. cum res vbi gl. Bart. &c. C. de probat. & Ioseph Mascard. conclus. 537. num. 1. 15. & aliis, vol. 1. nec etiam attenta fuit epistola*

tibus à natura feudi, censebitur feudum non rectum, atque degenerans, vti copiosius ostendit Zasius *de feudis, cap. 12. Dec. consf 193. Bald. lib. 1. quæst. 16. de rer. diuis. & in cap. fin. de capitaneo qui curtem vendidit.* His succinctim præmissis, censeo Aduocatias referendas esse sub categoria feudorum non rectorum, seu degenerantium. Ratio est, quia species hæc feudi heteroclita est, naturam habens certis quibusdam in capitibus feudis informem, & tamen multis in casibus feudalibus regulis repugnantem, vti bene animaduertit Zasius *d. part. 12. num. 5. & seqq.* idque maximè si mores hodiernos Germanorum attendamus, *Zasius d. loco latius Henricus Rosendal de feudis, par. 1. cap. 4 concl. 14.* cuius verba superius recensuimus, *quæst. 14.* Denique illud non est omittendum, feudum in dubio præsumendum esse ex pacto & prouidentia, *Farinac. decis. 127. num. 11. part. 1. dec. 256. num. 11. part. 2. cap. 1. §. ad filias. de success. fratr.* proprium item seu rectum potius quam improprium. *Farinac. ibid.*

QVAESTIO XVI.

Aduocatiæ an allodiales esse possint?

SVMMARIVM

1 *Feuda à fide dicuntur.*
2 *Allodialia bona quæ sint.*
3 *Aduocatia allodiales esse possunt.*
4 *Francia non agnoscit bona allodialia.*

RECensuimus suprà Aduocatias in feudum haberi posse. Nunc succinctim inquirendum, an tanquam allodiales possint possideri. Distincta est & separata ratio bonorum feudalium ab allodialibus: Feuda enim quæ à fide seu fidelitate nomen acceperunt, *cap. nulla, per quos fiat inuestitura. Ioannes Raynandus in comprehensorio feudali, in pr. num. 6. fol. 3.* sunt beneuolæ, liberæ & perpetuæ concessiones rei immobilis, vel solo cohærentis, aut inter immobilia computatæ, ad vtendum & fruendum cum translatione vtilis Dominij, proprietate retenta seu fidelitate, & exhibitione seruitij, *Ioannes Raynandus ibid. num. 5.* Allodialia verò sunt propria & libera patrimonia, bona ve, de quibus quis potest disponere liberè, absque alicuius seruitij aut laudemij præstatione, suntque ad masculos & fœminas transitoria, & à nemine recognoscuntur nisi à Deo, licet in alia iurisdictione seu districtu sita sint, quoad protectionē & iurisdictionem tantum, *glo. & DD. l. benè à Zenone, C. de quadrienii præscript. Andreas Knicken de sublimi & regio territorij iure, cap. 1. num 281.* & hoc est quod dicitur ad francum allodium,

odium, §. ad hoc qui allodium, de pace iuramento firmanda, vbi DD. cap. 2. & 3. Si de feudo controuers. fuerit, Io. Branchi in summa feudorum, in princip. 1. par vers. sed quandoq; pluribus quaeritur an idem etiam sit quod allodium, Bald. & DD. ad rubr. de allodiis, Guido quaest. 112. idque etiamsi eiusmodi allodia essent alieni alteri tributaria: non ideo enim amitterent naturam allodij nec desinerent habere plenum dominium vtile & directum, l. vni. C. de vsucapione transformanda, gl. l. in prouinciali, in prin. ff. de noui oper. nunt. & in §. per traditionem, vbi Io. Faber Inst. de rer. diuis. Io. Raynandus in cap. imperialem, nu. 10. de prohibita feudi alien. per Feder.

His breuiter praemissis censeo Aduocatias posse etiam esse allodiales, hoc est, quae tam respectu vtilis, quam dominij pleno iure spectent ad Aduocatum. Neque refert quod ratione eiusmodi bonorum fortè debeatur seruitium, hoc est, defensio tutelaque rerum aut personarum, à quibus res Aduocatiales processerunt. Sicuti enim bona tributaria non impediunt quo minus eadem bona allodiorum iure censeantur, Ioannes Raynandus d. num. 10. ita neque si ratione eorundem bonorum aliqua seruitia aut defensiua iura debeantur, modo tamen eadem bona ab alio quoad directum dominium non recognoscantur, vti prolixius explicat, Ioannes Raynandus d. num. 10. & seqq. Idque in patria iuris scripti. Francia enim allodia bona non agnoscit, vti autor est Ioannes Pitaeus aux coustumes de Troyes, tit. 4. de la Nature & condition des heritaiges, art. 2. fol. 117. Car en France en ne peut tenir terre sans Seigneur, on tittre censate, Faber §. omnium, Instit. de act. num. 13. & in l. 1. C. de Summa Trinit. num. 9. l. 1. num. 2. C. de iure emphyt. Castr. l. 4. in prin ff. de acq poss.

QVAESTIO XVII.

An variare liceat ab exceptione allodialis aduocatiae ad feudalem.

SVMMARIVM.

1 Variatio prohibita.
2 Excipiens de allodio videtur negare feudum.
3 Variare licet ab allodia ad feudum.
4 Aduocatia qualiter probetur.

1 VIdetur non licere: Tum quia variatio & illusio semper vitanda est, cap. cum illusio, de renunciatione. Tiraq. l. boues, §. hoc sermone. ff de verb. sign. Mol. ad Cons. Paris. tit. 1. §. 10. nu. 10. & seqq. DD. l. serui electione, ff. de leg. 1.

Tum

Tum quia excipiens de allodio videtur feudum negare, & consequenter illud amittere, *cap vasallus feudum, si de feudo fuerit controversia, c. præterea si inter. vbi Io. Reynaudus, in 12. quæst & §. illud quoque in 9 quæstione, de prob bis feudi alien per Federicum.* Verùm glossa iuris ciuilis censuit id licere, ac ab exceptione allodij variare, & ad exceptionem rei feudalis recurrere, *glos l. penult C. de ingenuis & manumiss.* Ex quibus autem præsumptionibus atque argumentis Aduocatiæ feudum probari possit, colligi potest ex latè traditis per Cardinalem Manticam *de tacitis & ambiguis conuentionibus. par. 2. lib. 23. tit. 5. per tot.* 3 4

1 Per inuestituram, verborumq; eius energiam
2 Per Iuramentum conforme Aduocatiæ officio
3 Per testes deponentes esse Aduocatiam.
4 Per famam.
5 Ex confessione defuncti, quæ inest hæredibus.
6 Ex enuntiatione Principis.
7 Si olim fuit aduocatia, hodie adhuc esse præsumitur.
8 Ex possessione 30. annorum cum præstatione seruitutis Aduocatialis.

Mantic. d. tit. 5. nu 13. & seqq. & titul. 3.

QVAESTIO XVIII.

Ciuitates & Communitates an possint se alterius Aduocatiæ subiicere?

SVMMARIVM.

1 *Distinctio inter ciuitates liberas, & alteri subiectas: illa possunt, hæ non possunt.*
2 *Subiicere se alterius Aduocatia, sapit alienationem.*
3 *Aduocati solent sibi iura dominicalia vsurpare.*
4 *Interest Domini, ne subditi sui vexentur.*
5 *Aduocati pro defensione subditos expilant*
6 *Consilium Hieronymi Schurff.*
7 *Protectio an iuri dominorum præiudicet.*
8 *Protector debet protectum defendere armis.*
9 *Verba (sub protectione, & regimine) quid importent.*
10 *Per protectionem non eximitur aliquid iurisdictione ordinarii.*
11 *Defensio promissa per contractum censetur inermis.*
12 *Subditi possunt specialiter se subiicere protectioni sui Domini.*
13 *Plus timeri solet, quod specialiter promittitur.*
14 *Ciuitates Liberæ possunt se protectioni al-*

ni alterius subiicere.

15 An facere possint confœderationes cum alijs.

16 Nemo sine actione experitur.

17 Inferiores non possunt se subiicere patrocinio potentiorum.

18 Domini non possunt fœdera inire in praeiudicium subditorum.

19 Per protectionem via sternitur ad subditorum oppressionem.

20 Licet se in protectionem alterius committere, cum Dominus vel negligens est, vel absens, vel Tyrannus.

21 Protectore electo, non ideo Dominus à defensione eximitur.

22 Nouus contractus initus ad cautelam, priorem contractum non nouat.

1 DIstinguendum inter Ciuitates seu Communitates liberas, nulliue superiori subiectas; & eas quae alicui Domino subiectae sunt. Illae possunt, quia censentur ad instar supremi Principis, *Curtius de feudis, part. 2. rubr. de feudis latcor. quaest. 2 num. 8 fol.* 159. hae autem non possunt. Rationem desumo ab Antonio Siculo *tract. de potestate Regia, part. 1. quaest. 2 num. 5. vers. quinta quia sic possunt vniuersitates*, si enim indistinctè id permitteretur, possent Ciuitates & Communitates inferiores se eximere ab suo superiore, subiiciendo se patrono alicui potentiori, *cap. delecta, de excess. b. praelat. l. fin ff. de alien iud. mut. caus.* quod in iis ciuitatibus seu communitatibus cessat, quae superiorem non recognoscunt, *Corset. d. loco, & num.* 2.

2 Secundo, subiicere se alicuius patrocinio seu Aduocationi, alienationem quandam implicat, *cap. 2. de rebus Eccles. non alien in 6.* quod inferiori, in praeiudicium superioris vetitum est, *(Vt nemo in suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticanos vbi DD. lib.* 11, Quin autem inde immineat euidens praeiudicium superioris ambigi nequit: Tum quia patroni hoc praetextu solent sibi sensim dominicalia

3 iura vsurpare, *Gemin. cap. 2. §. contractus. num 9. de reb. eccles. non alien. in 6. Gail. lib. 2 obser. 54. num 6. in fin. Zasius de feudis, tit. de feudi amissione, num.* 55. contra fidem & antiquum ius legum 12. Tabularum, quo patronus clienti fraudem faciens, sacer habebatur *Gail d. num. 6. in fin.*

4 Tum quia Domini interest ne subditi sui praetextu Aduocatiae inquietentur: Solent enim Aduocati tutelares pro defensione ad quam tenentur vexare suos clientes, atque pro patrocinio, eosdem oppugnare, opprimere, grauare, flagellare, ac personis, rebusque bonis, & iuribus eorum tutelae commissis, abuti,

5 quemadmodum eleganter ostendit Vdalricus Zasius *d. num.* 55. Non possum itaque subscribere sententiae Andreae Gaill *lib. 2. obser. 54 num.* 4. existimantis licere inferioribus pro eorum arbitrio se subiicere aduocatiae patrocinioque potentiorum, vt nec Hieronymi Schurff, qui id ipsum *cons. 23. cent* 3. latè respondit vt ex eius consilio quod hic subiicere propter eius raritatem & eruditionem libuit, videre est:

Domini

I Domini nostri Iesu Christi auxilio suppliciter implorato. Quod veritas responsionis seu decisionis datæ in consultatione proposita; Et ita, quod E. potuerunt se, sub perpetua protectione illustrissimorum Principum & Ducum S. dare, prout continetur in compositione, seu conuentione inita inter eorum illustrissimas dominationes, & ciuitatem E. anni 1483. non obstantibus omnibus add. &c. in contrarium, ex parte Episcopi M. sit iuri & æquitati conformis, est sine omni dubio, vt patet per vulgatum text. in c. recepimus, in fin. c, de priuileg. vbi est casus; Quod clerici subiecti Episcopo diœcesano possint se dare sub protectione aliorum. Nam per illam protectionem non detrahitur in aliquo iuri superioris: inquit enim ibi text. in fin. Si vero ad iudicium perceptæ protectionis censura persoluitur, non ex hoc iuri diœcesani Episcopi, aliquid videtur esse detractum. Ex quo text. not. ibi Panorm. in vlt. notab. dicens; Nota ex fine literæ, quod per receptionem factam sub protectione, non detrahitur iuri aliorum, subiungens, quod nota in facto. Quia quotidie domini temporales potentiores. recipiunt minus potentes sub protectione eorum. Nam per hoc non præiudicatur iuri aliorum, in aliquo, & sic habentes iura parata, possunt, hoc nō obstante, libere exercere. Idem probatur in c. ex parte, la 2. eod. tit. vbi habetur: quod etiam singularis persona, siue clericus siue laicus, possit recipi sub protectione. Nam † per talem receptionem sub protectione, receptus non eximitur à iurisdictione sui superioris. Idem patet per tex. in l. desertorem, §. fi. in fin. Per quem textum videtur etiam probari, quod protector teneatur etiam defendere receptum sub protectione cum armis, *ff. de re milit & in l. 3. ibi, iis qui aut ex protectoribus sunt*, *C. de excusat. mun. lib.* 10. Per quem text. & quod dicit gloss. Rubr. C. de domest. & protect. lib 12. dicit Angel. Perusin. se dixisse in quæstione de facto. Nam dicebatur in capitulis pacis factæ, cum Archiepiscopo Mediolanensi, quod omnia castra occupata per Vbaldinos, remaneant sub protectione & regimine ipsorum. Dubitabatur quid importent ista verba, Protectio, & Regimen, dico, quod per ista verba, non debetur eis, nec habent aliquam iurisdictionem, Casus est hic, *& in cap. ex parte tua, de priuilegiis*. Sed † habent potestatem defendendi de facto cum armis & militibus; Quod est officium protectorum, *vt notatur in Rub. de domest. & protecto. C. lib* 12. *&c.* Refert & sequitur ibi Ioan. de Plat. subiungens, quod per verbum protectionem, nulla datur iurisdictio, nec eximitur protectionalterius, subm. ssus à iurisdictione sui primi ordinarij. *d. c ex parte tua, alias la* 2. Hoc idē voluit Bart. *in proœmio ff. um in princ in 3. colum. in fin. in versic. Item dicitur hic, videlicet in princip.* quod scilicet verbum protegere, oportet armis defendere: *& citat ad hoc text. in d. l. desertorem § fin. & dicit idem probari in l.* 1. *& fin. C de profess & medic. lib.* 10. Sed † si loquimur in materia contractuum, de quorum natura est iudi-

 cialis

cialis defensio, *vt l. fin. C. de act. emp. cum simil.* tunc intelligitur defensio sine armis, subiungens: vbi autem naturæ contractus non repugnat, quod tunc etiam teneatur defendere cum armis: & dicit hoc esse notandum. Imo licet omnes subditi debeant esse sub protectione dominorum suorum, & domini teneantur eos de-
12 fendere; tamen hoc non obstante, subditi possunt specialiter recipi sub protectione dominorum suorum: & licet ista receptio parum operetur, operatur tamen istud; Quia facilius mouetur pro eis, quam pro aliis. *Ita vult glo. fin. & etiam Panorm. ibi in d. c. recepimus*, & ad hoc accedit text. in c. quanquam, vbi dicitur, Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam quod generali spon-
13 sione concluditur, *33. distinct.* multò magis ciuitates & minus potentes, possunt se, & sua bona dare sub protectione aliorum potentiorum dominorum, cum per huiusmodi submissionem protectionis non præiudicetur iuri dominorum, vt supra ostensum est, quod potissimum procedit, cum superiores non defendunt subditos, vel commodè defendere non possunt.

Præterea cum nullo iure prohibeatur ciuitatibus, etiam recognoscentibus
14 superiorem, habentibus liberam administrationem rerum, & bonorum ciuitatis, se & subditos suos, & bona sua, castra, villas & terras, &c. subiicere pro certa annua pensione, protectioni alterius superioris seu Principis, præsertim, si possit commodè ciuitatem ipsam & bona sua, &c. ab iniustis grauaminibus, & violentiis protegere & defendere: Sequitur, quod liceat huiusmodi ciuitatibus se dare sub protectione alterius superioris domini vel Principis. Quia quod non mutatur, cur stare prohibetur? *l. præcipimus, in fin. C. de appellat. l. sancimus, ibi, quod enim non mutatur, & c. C. de testament.* Et quid opus est multis, cum hoc huiusmodi ciuitatibus non solum non sit à iure prohibitum, sed expresse concessum, vt patet per fundamenta supra in princ. adducta. Quod etiam obseruatur ex communi vsu, seu consuetudine per totum Romanorum Imperium, vt experientia, quæ est rerum magistra, docet. Per quæ iam claret, quod M. non solum loquantur sine lege, non attento, quod erubescendum sit, quoties sine lege loquimur, *l. illam, C. de collat. §. consideremus in Authent. de trien. & semis. collat. 3.* sed etiam aperte contra leges. Quanto magis prædicta vendicant sibi locum in ciuitate E. quę habet liberam administrationem ciuitatis, & etiam subditorum, castrorum, villarum, &c. existentium extra ciuitatem, quæ quidem non sunt sub iurisdictione Archiepiscopi M. potissimum attento, quod Archiepiscopus solum habet limitatam & restrictam superioritatem in vrbe ipsa: & quod per illam protectionem, vt sæpe adductum est, non præiudicetur in aliquo iuri ipsius Archiepiscopi. Et quod Archiepiscopus non possit plus iuris sibi vsurpare in ipsa ciuitate, quam specifice & nominatim expressum sit, in sæpe prædictis duabus conuentionibus initis, inter Archiepiscopum & E. anni scilicet 1483.

& 27.

& 97. Et per consequens, extra illos articulos, concessum est eis, se dare sub protectione aliorum potentatuum.

Item facere confœderationes cum aliis ciuitatibus vel principibus, sine tamen 15
præiudicio iuris Archiepiscopi. Per quæ vtique manifeste apparet, quod nulla penitus competat actio Archiepiscopo M. contra vrbem E. propter defectum medij scilicet, concludendi, cum nemo sine actione experiatur. *l si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. l. quoties. §. item si temporali. ff de administ tutor.* Et in quantum 16
text. in d. . videamus, in fin. dicit, quia nullam actionem intendere potuit eo legit ibi Barto. quod illa exceptio; Tu non habes actionem, impediat litis contestationem, *& notabiliter idem Bart. in l. cum quærebatur. ff. iud sol.* & hoc est sine dubio, quando de ea potest in continenti co[n]stare, prout inpræsentiarum. Item, ex quo multæ controuersiæ & guerræ fuerunt ante præfatas transactiones inter Archiepiscopum M. & illustrissimos Duces S. & ciuitatem E. & ambæ transactiones inter Archiepiscopum & ciuitatem E.] *Ita Hier. Schurff.*

Non inquam possum descendere in sententiam opinantium, licere inferio- 17
ribus pro eorum libitu patrocinio & Aduocatiæ aliorum superiorum, propriis eorum dominis superioribus incōsultis, se subiicere, ob contrarias auctoritates amentatasq; rationes, quæ animi mei motum in hoc impellunt. Auctoritas quidem est Leonis Imperatoris & aliorum satis nominatim prohibentium, *c. 1. §. conuenticulis, de pace iuram firmand. Barth. extrauag. qui sint rebelles, verb. occulte. Cuman. consil. 161. in fin l. 1. C vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos vel vicos eorum, lib. 11. l. 1. C. de seditiosis, auth. de mandatis Principum §. patro. inita l. 1. C. ne liceat potentioribus, & l. 1. C. de his qui potent. nomine titulos prædiis, l. per diuersas C. mandati.* 18

Ratio autem est, Quia sicuti domini in præiudicium subditorum fœdera inire non possunt, ita neque Reip. aut inferiori licet fœdera inire. quibus superiori præiudicium fieri possit, *c. 1. §. præterea ducatus, de prohibita feudi alien per Feder. vbi Bald. num. 9 Ias. l. debitorum, num. 6. de pactis, glo. & DD l inuitus, ff de fideicom libert. Gail. de pace publica, cap. 15. num. 13. lib. 2. Barth. l. fin. num. 10. & 11. ff de collegiis illicitis.* Quin autem prohibita confœderatione censeatur etiam prohibita submissio in alterius protectionem, dubium non est; à quo enim remouetur genus, ab illo, etiam omnis illius species remota esse censetur, *l. fundi, §. fin. ff. de feudo instru. leg. l. sancimus, vbi Barth. C de vsuris rei iudic.* Neque obstat quod pro basi & fundamento suæ sententiæ adducit Andr. Gail. & Hieronym. Schurff per protectionem seu Aduocatiam iuri aut iurisdictioni superioris non derogari.

Debilis enim est hæc ratio: quia eam ostendimus ex Geminiano, Zasio, & 19
aliis, colore & fuco eiuscemodi protectionis viam non solum aperiri protectionibus ad inuasionem, sed etiam ad vexationem & oppressionem subditorum, interest autem superiorum, ne quorum sidei inferiores sunt commēdati, ab aliis

anale tractentur, *arg. l. cum dotem, §. si verò, de sol. matrim. l. Imperator, ff. ad Trebell. Zas. de feudis par. 12 num. 64.* Herinaciumq; imitentur, de quo fabulæ tradunt illum semel pluuioso cœlo à serpente in Angustum antrum admissum ibi commodè suos aculeos explicasse, & serpentem offendisse, serpentique respondisse, si manere nolit, abire liceat. Exemplis politicis non vtar, ne abutar tempore: petat qui volet è libro secundo Thesauri Politicorum fratris mei Ioannis à Chokier Canonici Leodiens. & è Mindano libro secundo etiam de Proces. cap. 16. Qua de re etiam plenius Cardinalis Mantica *de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 27. tit. 7 num 6. & seqq.*

20 Hasce confœderationis materias enucleatas conclusionem nostram limitat
21 nisi Dominus tyrannidem exerceat, vel subditos suos negligat. Illud hic parergos adiicio, quod protectore electo dominus ideo à defensione non liberetur.
22 *Mindanus de Proceß. b. Imperij, lib. 2. cap. 14. num 5.* Quando enim fit nouus contractus ad cautelam, prior quo dominus suis subditis obligabatur non nouatur, nec è priori recessum esse censetur, *Hieron Grat. consil. 126. nu. 7. & 8. lib. 1. Rota nouiß. part. 1. decis. 17.*

QVAESTIO XIX.

Aduocatias quis erigere posit.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatiæ sunt honorificæ.*
2 *Aduocatias honorificas erigit Princeps.*
3 *Priuati possunt erigere feuda.*
4 *Non possunt aduocatias honorificas.*
5 *Aduocatiæ quædam ignobiles.*
6 *Principes inferiores non possunt infeudare de villa alteri subiecta.*

1 ADuocatias esse honorificas, eximiæque dignitatis, tradit Iacobus Cuiacius *lib. 5. de feudis, tit. de pace tenenda, fol. 303.* Itaque paucis respondeo, eiusmodi Aduocatias quibus dignitas & prærogatiua quædam inest, posse tantum erigi à Principe, *c. 1. & seqq. de his qui feudum dare possunt, Vdalricus Zasius de feudis, part. 5. in princ. Francisc. Curt. de feud. part. 2. Rubr. de feudis laicorum, quæst. 4* aut iis, qui ad instar Principis habentur, vt sunt Comites, Marchiones, aliique Dynastæ, qui regaliorum ius quadantenus habent, *DD. iam laudati,* non vero ab inferioribus,
3 qui illius prærogatiuæ sunt expertes. Licet enim & colonis inferioribus priuatisque feuda erigere, seu infeudare, infeudumue concedere permissum sit, *Curt. d. quæst. 4. Zasius d. part. 5.* non tamen possent eiusmodi Aduocatias honorificas constitue-

constituere, prout nec incastellare, *l. si legatum, §. fin ff de oper. publ. §. si rusticus, cum §. seq. de pace tenenda, Io. Raymundus, §. praeterea. de probib. feudi alien. per Feder.* quia cum sint inglorij, & obscuri, non possunt gloriam aliam & honorem quem non habent in alium transfundere. Nemo enim plus iuris in alium transferre potest, 4
quam habeat, *l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur.* ne plus sit in causato roboris, quam ei à potentia suæ causæ deriuetur *d. cap. 1. §. hoc autem, de his qui feudum dare possunt.*

Non tamen diffiteor, quin priuatus quispiam in feudum dare possit, & erigere Aduocatias priuatas & obscuras, quibus quispiam deuinciri possit, ad alicuius priuatum partocinium aut operam certis quibusdam priuatis ignobilibusque conditionibus præstandam. Nam & priuatis rusticisque infeudare permissum est, *DD. d c. 1. & seqq. de his qui feudum dare possunt.* Et talia feuda ignobilia vel burgensia dicuntur, teste Ioanne Ferrario Montano *de feudis, lib. 1. vel vt feuda diuidantur, vers. his adde.* Sic etiam tales Aduocatiæ ignobiles essent honoris ac dignitatis expertes, & omni prærogatiua, quæ à concedente deriuari non potest, erunt destitutæ. Porrò extra hunc modum priuatis impune non potest concedi Aduocatia, *Auth. vt nulli iud. liceat habere loci seruatores, § eos autem, & authent. de mandatis Principum, §. nulli quoque iudici, § interdicimus, auth vt iudices sine quoquo suffragio.* Nisi fortè ab iis qui honorificas aduocatias erigere possunt confirmentur, & tunc eæ robur accipient à confirmante, non verò à priuato qui erexit, *Paris. cons. 19. num. 15. vol. 1. l. adoptio, 2. ff. de adopt. §. fin. Instit. de tutelis, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. Gail. lib. 2. obs. 1. num. 16.* Ideoque est vt in Conseruatoriis Canonicis traditum sit etiam Legatos à latere Conseruatorias deputare non posse, *DD cap. 1. & fin de offic. del. in 6. Moneta de Conseruatorib. iudicibus, cap. 4. num. 27. Mandos. in prax. signatura, verb. Conseruatoria, vers. alius à Papa.* Confirmatur: sicuti enim Duces, Comites, Barones, Imperatore inferiores non possunt infeudare de villa alteri subiecta, vt scribit Alex: *d. consil. 1. col. 4. vol. 5. Boer. d. nu. 27. l. toties, in fin ff. de pollicit. l. si priuatus ff. qui & à quibus.* Ita neque Aduocatiam concedere possunt, cum detrimento iurisdictionis tertio competentis, *Alex cons. 16. lib 5 per not. Boer. d. num* 37.

QVAESTIO XX.

Quis posit designari Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest quemlibet.*
2 *A conseruatoris, canonicis ad saculares*

non cadit argumentum

Sicuti

1 Sicuti diximus Principem legibus solutum esse, ita etiam Principem pro suo principalis autoritatis arbitrio posse quemuis laicum ad eiusmodi Aduocatiæ munus designare, postposita distinctione illa quā Canonistæ in specie Conseruatorum Ecclesiasticorum adferunt *in cap. 1. & fin. de offic. del. in 6.* satis enim est laicum, qui ad eiusmodi Aduocationis Conseruatoriæ ve munus adsciscitur, Principi subiectum esse, *cap. ex tenore, c. licet, de foro compet. cap. causam. 2. qui filij*
2 *sunt legit.* cui parere necesse habet. Deinde constitutiones illæ Pontificiæ Conseruatoriarum Canonicarum Conseruatorias seculares non afficiunt, vti nominatim tradunt quamplures hypomnematographi *Io. Andr. Francus, Gemin. & alij d. cap. 1. & fin.*

QVÆSTIO XXI.

Laicus an possit à Principe deputari Aduocatus rerum, aut personarum Ecclesiasticarum?

SVMMARIVM.

1 *Principes sunt Aduocati Ecclesiæ.*
2 *Irrequisiti Aduocatos se debent ostendere & aliis committere.*
3 *Aduocatio requirit Pontificis decretum.*

1 POtest; si accedat Pontificis auctoritas, *cap. 2. de reb. eccles. non alien. in 6.* Non modo enim Imperator Aduocatus est & protector Ecclesiæ, *Clement. Romani, §. nec in eis, verb. Aduocatus, de iureiur. & cap. venerabilem, §. quod autem, vers. nunquam enim sedes Apostolica Aduocato & defensore carebit. vbi glo. verb. carebit, de elect. latè & eleganter Anton. de Rosellis tract. de consiliis, in conclusione tractatus, num. 3* sed principes & alij supremi hoc se honore dignari debent, vt sint non offensores, sed Ecclesiæ defensores, aduocati, patroni, atque conseruatores, *Guillel. Durand. Speculator de modo Concilij celebrandi, part. 2 rubr. 40. de defensoribus Eccles. à Principe po-*
2 *stulandis vol, oce 1. fol. 100. cap. Principes, cap. rerum cap. administratores, 23. quæst. 5. & per tot.* Proinde, ne dicam requisiti, sed ne quidem irrequisiti hoc Aduocationis munus dedignari debent, longè magis, quod ipsi per se explicare non possunt, hoc aliis debeant demandare, *to. tit. ff. de offi. io eius cui mandata est iurisdictio, & C de offi. io eius qui vices præsidis vel alterius obtinet.* Quod tamen intellige, si summi Pontificis ad hoc accesserit autoritas, *cap 2. in vers. seu ab ipsis eadem aduocando*, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur *Auoher*, vel ipsos Patronos vel Aduocatos Ecclesiarum, seu bonorum ipsarum perpetuo aut ad tempus

non modicum statuendo, *Io. Faber Authent. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. ecclesiis.*

Recognitio enim perpetua alterius in Aduocatum alienationem quandam 3 subiectionéq;, inducit, quę absque speciali Pontificis consensu induci non potest, *d c. 2. vbi DD.* Zasius verò, si ad pauxillum aut modicum tempus esset, quale esset intra annos decem, censet posse, *glo. d. cap. 2. verb. non modicum*, in modico enim tempore nihil videtur esse periculi, *l. si debitori, ff. de iudiciis.* Quæ tamen diiudicatio ab arbitrio iudicantis dependet, vt & à tribus circumstantiis, scilicet periculi imminentis, conditionis personarum, & status Ecclesiæ, *arg. c. de causis, de offic. deleg. l. 1. in fin. ff. de iure delib. glo d. cap. 2. verb. non modicum*

QVAESTIO XXII.

Clerici an possint se alicuius Aduocatiæ subiicere?

RESpondetur non posse, nisi expressa summi Pontificis auctoritate, *text. c. 2 de reb. eccles. non alien. in 6.* quod tamen intelligo respectu rerum aut personarum Ecclesiasticarum: In patrimonialibus enim eorum bonis, summi Pontificis auctoritas non requireretur, *cap. 1. de clerico qui inuestituram facit. Franciscus Curt. de feudis, part. 2. quæst. 22 fol. 148.*

QVAESTIO XXIII.

Num Clerici possint Aduocatiam habere rerum aut personarum Ecclesiasticarum?

REspondetur posse: *Ioannes Petrus Moneta de Conseruatoribus iudicibus c. 4. nu. 38.* idque si velint; si autem nolint, minime: quia ad eiusmodi munus clerici nolentes cogi non possunt, *cap. sepè vbi glossa. verb consentiant, 23. quæst 8. cap. in Archiepiscopatu de Raptoribus.* Et ne quidem volentes possunt si de detrimento Ecclesiæ officiive diuini periculo agatur: *Albertus Trotius de perfecto Clerico part. 2. cap. 54 num. 4.* aut aliud impedimentum, quod canonibus decretisque Pontificiis repugnaret.

G QVAEST.

QVAESTIO XXIV.

Laici an possint eiusmodi Aduocatias rerum aut personarum ecclesiasticarum praescriptione acquirere?

SVMMARIVM

1 *Clausula irritans impedit praescriptionem.*
2 *Praescribere non potest, qui dominus esse non potest.*
3 *Contractus factus contra prohibitionem Canonis non tribuit causam proscribendi. Nec etiam titulus iniustus.*
4 *Immemorialis praescriptio aequipollet priuilegio, nisi de vitiato titulo constet.*
5 *Laicis Aduocatia praescribi possunt.*

PRo negatiua, Hae rationes suadent, quod Gregorius X. in Concilio Lugdunensi, *cap.2.§.contractus.in fin de reb.eccles.non alien.* praescriptionem omnem hac in specie impedit & irritat: clausula autem irritans praescriptionem eandem impedit, *Felin.in Rubr.de praescript.num.*18. *& in cap.accedentes, eod. tit. Balbus de praescript. in* 5*.part.*5*.partis quaest.nona.* Nam & clausula irritans solet interere pos-
1 sessionem & titulum qualemcunque, *Rot.dec.*1*.nu.*5*.vt lite pend.in antiquioribus, Gomes. de reg.Cancell.tit.de Annali,quaest.*57.

Insuper, Quia idem Pontifex impedit translationem dominij, aut superio-
2 ritatis, *d.§.contractus,in fin.* Regulariter autem cuius rei quispiam fieri dominus non potest, nec eiusdem potest praescriptione dominium aut superioritatem Aduocatiae acquirere, *Bald.in Rubr.de praescript.col.fin.vers.item suas.Francisc. Balb. de praescriptionib partis* 6*.part.*1*.num.*54.

Ratio tertia: Quia contractus factus contra prohibitionem Canonis non
3 tribuit causam praescribendi, *Gemin.d.§.contractus,num.*5*.& Franc.num.*2. Nam & titulus iniustus non potest praescriptionem causare, *Franc.d.nu.*2.

Limita tamen hoc in praescriptione immemoriali, quae cum priuilegio ae-
4 quipolleat, consequens est, vt sicuti eiusmodi Aduocatiae capax est speciali priuilegio, ita & esse potest, si immemoriali tempore tale ius acquisiuerit, *Molin.ad consuet.part.*1*.tit.*107*.num.*12*.l.hoc iure, §.ductus aquae,vbi DD.ff.de aqua pluuia arcend. Felin.in c.cum nobis,n.*7*.de praescriptionibus,Chassaneus ad consuet.Burg. tit.des Censes, §.*2*.num.*1. ex tanto enim tempore Papa praesumitur scientiam habuisse, *Cardin. Clem.*2*.vers.octauo quaero, de reb.eccles.non alien. Franc.Curtius,de feudis,par.*2*.quaest.*4*.num.*7*.fol.*105*.Felin.cap.cum causa, col.*4*.de re indic.* Quod tamen declara, nisi

de vi-

de vitioso titulo appareret: tunc enim immemoriale tempus non prodesset, *Alciat l. si certis annis, C. de pact. Rebuff de pacificis possessorib. num. 204. fol. 1207 Farinac. dec. 126. num 2. part. 2. editionis anni 1621. Mascard. de probat. concl. 1378. nu. 63. 75. 79. vol. 3 Verallus decis. 28 par. 1 fol. 10. Aymo. consf. 134 num. 44. & de antiq. temp part. 3. num. 27. Idem Verallus seu Caputaq. dec 304. par. 3. AEgid. consf. 10.* Peius quippe est ostendere titulum infectum, quam nullum, *Lancellot. de Attentatis, part. 3. cap 24. & cap. 30. num. 639.* alioquin enim in re incerta, tempus inducit præsumptionem, solemnitates omnes interuenisse, *Tiraquel. de Præscript. Crauet. de antiq. temporum, DD. l sciendum ff. de verb. oblig.*

Porro quod dixi Aduocatias regulariter præscriptione non acquiri, restringendum est ad Aduocatias rerum aut personarum Ecclesiasticarum: Laicæ enim Aduocatiæ præscriptione acquiri possent, *Schurff cent. 3. Resp. 21. num. 16.* quia sicuti Aduocatiæ inuestiturâ acquiruntur, ita & præscriptione, quæ pari iure cum inuestitura procedit, *cap. si quis per triginta si de feudo fuerit contro. inter dom. & agnat. vasalls. Schurff. d. loco.* 5

QVÆSTIO XXV.

An Princeps possit concedere Aduocatiam contra Ecclesiam.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non constituit Aduocatias contra Ecclesiam.*

NEutiquam: Si enim id faceret, iuxta parœmiam aduersus eum veniret cuius debet esse Aduocatus, subiceretque se diris Bullæ Cœnæ Domini, ac aliis non paucis orthodoxæ Ecclesiæ censuris, *Cardinalis Toletus Gregorius Sayrus, & alij Bullæ Cœnæ Domini Commentatores.* Imò verò inconsulto Pontifice Princeps non potest in fauorem Ecclesiæ, longe minus in illius præiudicium, argumentando à maiori ad minus. id quod in hæc verba satis ostendit Dominicus à Geminiano, *cap. 2. num. 9 de alienat. in 6. in hæc verba:* 1

[Quæro, quare fuerit prohibita constitutio Aduocationis? Quia ante hanc constitutionem Prælati oppresi inuocabant nobiles potentiores ad defensionem suam, faciendo eos Aduocatos & defensores locorum; propter hoc illi sibi vendicabant quoddam ius dominij vel Aduocationis in Ecclesiis, vel locis sic defensis, vt dixit Guilielmus & Franciscus se vidisse multos faciles ad talia, & quod quandoque ad hunc finem ipsi nobiles procurabant oppresiones illas, à quibus verisimiliter abstinebant, videntes per

Prælatos hoc fieri non posse, & dicit Franc. quod etsi non posset Ecclesiæ consuli nisi per talem contractum propter potentiam opprimentis, non tamen fieri poterit sine Papæ licentia. Nam hic damnatur temeritas etiam in casu necessitatis, *cap. quando, de consuet.* & licet istud videatur durum, tamen iugum Apostolicæ sedis est ferendum, *cap in memoriam, dist.* 19. Vnde necessaria est Papæ licentia super tali contractu etiam necessario, quæ non daretur super alio. facit in simili cap. aduersus, de immunit. eccles. & quod not. cap. 1. de eccles. ædif.] ita ille.

QVAESTIO XXVI.

Qualis sit Clientis in Patronum officium?

COniugem esse ac reciprocam patroni clientisque fidem ostendit eleganter Iacobus Cuiacius *de feudis lib. 2. tit. 7. de noua forma fidelitatis, fol.* 134. & etiam Petr. Gregor. *de Repub lib. 4. cap. 3. num* 14. *in hæc verba:*

Antea Romulus in ciuitate condenda cum Patritios extulisset, & plebeios depressisset, ne illis horum inuidia obesset, aut ne illorum potentia circumuenirentur, effecit, vt ambo inter se sanctissimo vinculo clientelæ coniungerentur, & patritiis plebeios, & patritios plebeiis commendauit, & ex illis plebi eligere sibi Patronos concessit, lege lata eius sanctissimi fœderis, vt patroni clientibus incognita iura traderent, causam eorum in foro re postulate defenderent, vt vicissim clientes patronos domo deducerent, eosque in collocandis filiabus, si ita opus esset, pecunia subleuarent, at communi sanctione neutris licere voluit se inter se aut nomen deferendo, aut testimonium dicendo, aut suffragium ineundo, aut cum inimicis sentiendo lædere, alioquin lege de proditione à se lata teneri, eumque sacrum Deo esse, hoc est, impune occidi licere.

QVAEST. XXVII.

Quale sit Aduocatiæ officium, & an Statuta condere possint?

1 VErsatur Aduocatiæ officium in duplicis speciei defensione: quam ante descripsi *quæst* 2. vna consistit in defensione de facto etiam armata & militari manu, DD. *in rubr. & tot. tit. C. de domesticis & protectoribus, lib.* 12. *Barth. l. etiam bi. num.* 2, *C. de excusat. munerum, lib.* 10. *cap. ex parte, vbi DD. de priuileg. latè Abbas*

cap.

cap. recepimus cum apost de priuilegiis, l. desertore §. fi. ff de re milit. Altera in defensione iudiciali, *cap. ad audientiam, de appellat Barth. d l. etiam. n. 2. in fin.*

Vtraque autem intelligitur de iusta defensione, non vero de iniusta, hoc est, si iniuria aut grauamen iniustum inferatur, & ita contra Feudistas cõcludit Cardinalis Mantica *de tacitis conuent lib. 24. tit. 19. num. 28. & seqq. vbi fuse, quod iterum aliis in locis ostendi, quæst. 102.* Secus verò si quid iure permittente in eum cuius tutelam aut defenselam quis habet, committatur, *Abbas d. cap. recepimus, num. 5.* Præterea vtraque defensio intelligitur de possibili; non vero impossibili, *Mart. Land. de confœderat. princip. quæst. 4. glo. & Angel. l si ideo, C. de his quibus vt indignis.* posse autem non dicimur quod sine difficultate facere non possumus, *glo. §. pœnales. inst. de act. Surd. de alimentis tit. 6. quæst. 18. num. 17.* Vnde sequitur Aduocatum fungi Dynastæ aut domini iure officio ve non posse, *VVamesf. consil. 481. num. 6. tom. 2.* quia à iure Aduocatiæ ad ius dominij illatio fieri non potest, *Farinacius dec. 24. num. 1. editionis anni 1621. Gabriel de præscript. concl. 9. num 4. Crau. consil. 54. num. 9 Afflictus dec. 26. num. 4. Curt. Iunior consil. 158, lib. 2. Gail. lib. 2. obs. 54.* Quæ tamen omnia ab Aduocatiarum inuestituris, & patriæ morib. exaudienda sunt, vti sæpe ostendi. 2

3

Denique, quod de defensionè armata dixi, intelligendum est cum mica salis, scilicet in Principe qui manu regia & armata defendere potest; non verò in inferiore, qui legibus superioris subiicitur, & proinde ad defensionem obligatur legibus consonam, *Bart. & DD. in l. stipulatio ista ff. de verb. oblig. Anchar. consil. 87. Dec. l. non videtur defendere ff. de reg. iur. Restaurus tract. de Imper. quæst. 100 cas. 292. toto tit. vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit.* 4

Hinc fit vt Aduocatiam huiusmodi suscipere aduersus Principem haud liceat, tum ex dictis, tum quia in omni dispositione semper censetur esse excepta Superioris auctoritas, *Belluga in Speculo Principum, rub 23. num. 13.* tum denique quia priuati bellum mouere non possunt, *l. vnica, vbi Luc. de Penna, C. vt armor. vsus & fumus inaurea armilla, verb. bellum,* quãquam diuerso iure censendi sunt Cr stari, quibus licet pro temporali iurisdictione tuenda bellum indicere, *Innoc. in c. quod in dubiis, de pœnit. c. Maximinianus 13. quæst. 3.* neque enim vim propriè bellumq; mouere dicentur, sed iuris & æquitatis executioni intendere, quæ militari quoque manu exerceri potest, *l. qui restituere ff. de rei vend. Lucas de Penna d. loco.* 5

Postremo dubitauerit quispiam, vtrum Aduocatiæ officio spectet potestas condendi statuta. Cui breuiter respondeo non competere nisi Heteroclito isti muneri pariter iurisdictio plena & omnimoda competat, hoc est, cum mixto, meroque imperio, *Ang. l. Imperium tit. 3. ff. de iurisd. om. iud. Minsingerus Decade 13. resp. 3. num. 86. Bald. l nullo, C. de sententiis, & interlocut.* competat. Facultas enim Statuta condendi à tali iurisdictione dependet, *Francisc. Mingon. ad Consuet. Ande-* 6

gauenses, tit. des droits de Chastellorio. art. 45. num. 5 fol. 18 DD. cap. cum omnes, c. cum accesserit, de constitut. Bart. l. omnes. ff de iustit. & iure.

QVAESTIO XXVIII.

Aduocatiæ an competat merum & mixtum imperium?

SVMMARIVM.

1 *Aduocati quidam habent vtrumque imperium.*

2 *Id pendet ab inuestitura & patria moribus.*

RESpondeo, huius articuli diiudicationem dependere ab inuestitura seu diplomate Aduocatoriali, *cap. porrò, cap. accepimus, de priuileg. VVames. cons. 481. de iure patr. tom. 2.* Alioquin si Aduocatiæ munus comparemus officio præsidis, *tot. tit. ff. de officio præsidis, glo. de officio Rectoris prouinciæ in Rubro & nigro, & l illicitas, § vniuersitas, ff de officio præsidis,* competet ei merum & mixtum Imperium, *Barth. d. l. etiam, num 3.* si verò, vti existimat Bartholus *d. num. 3* defensori ciuitatis, non competet, *tot. tit. ff. & C. de defensorib. ciuitatum, & auth. de defensorib. ci-*
1 *uitatum, §. iusiurandum, & §. audient, & C. de mandatis principum, vbi glo. per tot.* Vt paucis hanc quæstionem circumscribam, Vdalricus Zasius, Germaniæ non infimi nominis Iurisconsultus, *ad tit. ff. de iurisdict. omn. iud. num. 29. pag. 422. tom. 1.* censuit, Aduocatis iure quodam proprio merum imperium mixtumque competere: quippe, quod vel à Principe electi, vel consuetudine sint ad id munus aduocati. Nam non est nouum (inquit) quod apud Abbates, Episcopos merum imperium sit, & quod illud per ipsos non exerceatur, sed per Aduocatos, Vicedominos, secundum sensum & rationem tituli de officio eius cui mandata est iurisdictio, quod & sensit Andreas Knichen *de sublimi territorij iure, cap. 4. n. 319. Lazius de Migrationibus gentium, lib 3. fol. 60.*

2 Quæ tamen omnia, vt antehac non semel ingeminaui, à diplomate Aduocatoriali, aut temporis præscriptione dependent. *VVames. consil. 481 de iure patron. tom. 2.* Præscriptio enim, vt & consuetudo, expressæ inuestituræ æquipollet, *vt tradit Andreas Knichen de sublimi & Regio territorij iure, cap. 5. num. 50.* alioquin Aduocatis merum mixtumque imperium competere non solet. *tit de feudo Guardiæ & Castaldiæ.* Nisi iis tanquam feudatariis iurisdictio sit demandata: Nam eo casu merum mixtumq; imperium concessum esse censebitur, veluti receptum communi Doctorum calculo testatur Illustris. Card. Mantica *de tacitis & ambiguis conuentionibus, pag. 2. lib. 23 titul. 18. num. 17. Felin. cap. quod sedes, num. 5. de offic. ord.*

Dec.

Dec. l. Imperium, num. 26. & 27. vbi refutat Iasonem contrarium tenentem, ff. de iur iud. omn iud. excipiens duntaxat donationem gratuitam.

QVAESTIO XXIX.

Aduocati an à defensione nonnunquam possint excusari?

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus seruitutis ad quod iurata fide adstringitur si non præstat, periurus est.*

2 *Quid si ei Aduocaticum non præstetur: Salarium debetur Aduocato.*

3 *Non obligatur seruire in causa iniusta.*

4 *Neque si difficultas*
5 *Item si necessitas*
6 *Item si honestas*
7 *Aut excommunicatio,*
8 *AEtas* (*Bannitio*
9 *Infirmitas*
10 *Paupertas*
} *Excusat.*

OStendi alia in quæstione Aduocatiæ officium duplici in defensione consistere, *quæst.* 27 Nunc quæro an quandoque ab hac defensione excusari & immunes esse possint? Regulariter Aduocatus iureiurando ad defensionem adstrictus periurium incurrit, si non defendat, etiamsi appellatione interposita eiusmodi defensionem detrectaret, *cap. breui, vbi Abbas. & DD. de iureiur. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. casu* 454. *n.* 1. & 2. 1

Restringitur autem hæc regula nisi is cui defensio debetur defensori salarium non præstet: tunc enim aduocatus à patrocinio seu defensione etiam iurata est immunis & liber, *Abb. d. c. breui, num.* 7. *Host. Io. Andrea, num.* 3. *Menoch. d. loco, num* 8. *per l. curabit, § offerri, ff. de act. empt.* 2

Sed quid si v. g. Prælatus Ecclesiæ, cui aduocatia seu defensio debetur salarium non præstet? Distinguo; Aut defensio est promissa si soluatur salarium, & tunc factum Prælati non soluentis salarium præiudicat Ecclesiæ, *Menoch. d. casu* 494. *nu.* 12. Satis enim est conditionem non esse impletam, *l. in illa conditione si Kalendis, ff. de verb. oblig. Bart. & DD. l. si decesserit, ff. qui satisdare cogantur*, siue id contingat ex facto Ecclesiæ siue prælati, ex cuius facto potest deficere conditio, & præiudicari Ecclesiæ, *Abbas d. c. breui, num* 7. & *cap. peruenit, de iureiur. & in c. verum, de condit. appositis*, Aut verò promissio salarij est facta sub modo, & tunc requiritur mora non tantum Prælati solius non soluentis, sed totius Ecclesiæ,

quæ

quæ salarium debet, *d. cap. verum, Abb. d. num. 7. c. si Episcopum, 16. quæst. 6.* Proinde tenebitur tunc Aduocatus Ecclesiam defendere, & pro salario aduersus Prælatum experiri, *Abb. d. num. 7. Menoch. d. casu* 494 *num.* 11. Difficile porro est inuestigatu, an salarium sub conditione, vel modo, debeatur, *DD. l. quibus diebus, §. Termitius, ff. de cond. & dem.* licet tamen in dubio potius modus quam conditio sit præsumendus, *Neuizanus in Sylua nupt. lib. 6. num.* 47. *Menoch. ibid. num.* 12.

3 Restringitur secundo ante dicta regula, nisi is cui defensio præstanda est iniustam causam foueat, *DD. d. cap. breui, Ias. cons.* 94. *colum. vltim. lib.* 3. *DD. cap. vltimo, De postul. Rom. consil.* 47. *item non nouam, §. patroni, de iudic.* Caueat tamen ne sub fuco causæ iniustæ defensionem detrectet; alioquin reatum incurreret, *DD. d. cap. breui, Menoch. d. loco, num.* 14. Sed quid si conscientia dictet aduocato causam esse iniustam, quæ tamen reipsa iusta sit? Hoc casu à defensione liber erit, quia contra conscientiam etiam erroneam nemo obligatur, *Abb. d. c. per tuas, 2. de simonia, Nauarr. cap. si quis autem, num.* 8. *de pœnit. dist.* 7. *Menoch. d. casu* 404 *DD. d. cap breui.* Poterit tamen eo casu alium sibi æque idoneum defensorem substituere, licet non posit in casu quo verè causa esset iniusta, *Menoch. d. casu* 494. *num.* 16. & 19.

RESpondi, non habere, *VVamesius cons. 481. num. 23. tom. 2.* aliquot non contemnendis rationibus. Prima: Quia aduocatiæ officio incumbit non imperandi potestas, sed defendendi necessitas, *cap. in quibusdam, de pœnis, cap. non placuit, 16. quæst. 7.* Iniectio autem manuum seu apprehensio non defensionem sed Dominium concernit, quod penes superiorem loci ve Dominum residet, vti alio in loco ostendi.

Secunda: Aduocatiæ munus respicit principaliter commodum, vtilitatem ac fauorem eorum quibus aduocatus constituitur: proinde ijs inuitis in apprehendendis aut retinendis facinorosis operam suam auxiliumque suum impartiri nō debet, ne inuito beneficium conferri dicatur, *l. inuito, de reg. iur. VVames. cons. 481. num. 2. tom. 2.* ad instar Conseruatorum ecclesiasticorum, qui pro auertendis injurijs manifestis conceduntur. *cap. 1. & fin. de offic. del. in 6.* ij enim officium suum irrequisiti non impartiuntur. *cap. vlt. de offic. & pot. del. in 6. VVames. d. consil. 481. num. 23.*

Et hoc ex fonte descendit defensorum ciuitatum, à quibus hoc ius, vt ante ostendi, deriuatur. ij enim in flagranti crimine deprehensos vinculis constrin-

gunt, ita tamen vt apprehensos suo iudici postea repræsentent, *l. defensores ciuitat. oblatos. C. de defensor. ciuit. vti apposite annotauit ibidem Barth. à Domino VVamesio laudatus cons. 481. num. 23. tom. 2.*

QVAESTIO LVII.

An Aduocati officio incumbat ius accusandi facinorosos.

DOminus Ioannes VVamesius *consil. 481. num. 24. tom. 2.* videtur respondisse non competere, hac signanter ratione, quod ex generali aduocatiæ seu defensionis concessione inferri non possit specialis & alterius generis concessio, qualis est accusatio, quam non est verisimile eum qui aduocatiam concessit, voluisse concedere, *l. qui peculij ff. de peculio. l. obligatione, ff. de pignorib. Negusant. de pignoribus, in princ. 2. memb. 1. partis. VVames. consil. 481. num. 24. tom. 2.* At vero penitius inspicienti visum fuit aduocato competere ius accusandi facinorosos, non quidem ad exclusionem seu priuatiue ad Dominum seu eius Prætorem locum tenentem, sed accumulative, *cap. pastoralis, de offic. ord. l. 1. ff. de officio prefe. vrb. Rom. consil. 393.*

Si enim ius illud accusationis, aduocatiæ abnegemus, tollemus ei nunc viam à iure ei attributam compescendi iniurias, quæ clientibus eius à facinorosis infliguntur, de quo hoc in eodem tractatu plura scripsimus. Neque refragatur Dominus VVamesius *loco iam laudato.* Is enim loquitur in casu, quo aduocatus vellet Dominum ab accusatione repellere, iusq; eam persequendi soli sibi attribuere: Aduocatus enim eam potestatem sibi soli asserendo vendicandoque non defensorem, sed inuasorem iuris & superioritatis alterius se constitueret. Verum hæc omnia ab aduocatiarum inuestituris ac consuetudine interpretationem accipere debent, *l. quod si nolit, §. assidua, de adilit. edict. Molin. ad cons. Paris. §. 5. num. 74. Euer. cons. 18.* Proinde inspicienda semper est inuestitura, & diuturnus temporis vsus, ad quæ tanquam ad gnomonem & regulam est semper collimandum. *Bald. & DD. cap. 1. de duobus fratribus, l. de quibus ff. de legib. scripsi supr. quæst. 36. nu. 13. & 14*

QVAESTIO LVIII.

Aduocati an habeant facultatem componendi cum facinorosis.

REspondeo non habere, nisi id eis concessione legitima permissum sit, vt puta inuestitura vel temporis vsu: & tunc distinguendum ita est.

Aut agitur de remissione aut compositione criminis merentis pœnam corporalem, de quo quispiam conuictus est. Et non magis possunt quam Comites, Barones feudatarij superiorem recognoscentes, *Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. de Inquisitione, quæst. 5.* est enim huiusmodi compositio sub categoria eorum quæ Principi sunt reseruata, quæ in generali concessione etiam regaliorum non veniunt, *Farinac. quæst. 6. num. 4 Osascus Ped. dec.* 101, *num. 2.* Nisi tamen de hac concessione speciali ex inuestitura aduocatiæ compertum sit, *Far. d. quæst. 6. num. 13. Clerus quæst. 59. vers. hac quidam.*

Aut agitur de cōponendo aliquo crimine, cuius punitio in mulctā aut pecuniariam pœnā aduocatiæ debitā conuerti potest, & tunc possunt, si emendæ ius habeant, *Fel. cap. in Ecclesiarum, n. 23. de constit. late Far. d. q. 5. & 6.* prout & indistincte quoties de crimine per aliquem commisso clare non constat, *Far. d. quæst 5. n. 13.* sed non inscio aut inconsulto alio, qui fortè aliquam in eiusmodi emendis partem sibi potest vindicare. qua de re alio in capite agemus. Cætera huius farinæ ab eodem Farinacio peti poterunt, vt & à Paulo Grillando, qui ex professo de pœnarum compositione tractatum in lucem olim edidit, qui in volumen Oceani decimum relatus est.

QVAESTIO LIX.

Aduocatis an salarium debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Salarium vnde dicatur.*
2 *Salarium Aduocatia vocatur Aduocaticum.*
3 *Fronuilla Aduocatia iura.*

1 SAlarium, inquit Plinius *Natur. hist. lib. 3.* à sale deriuatur: Sicuti enim nemo sine sale viuit, ita nemo est cui pro sua professione salarium non debeatur. Hinc Medicis soteria debentur, Præceptoribus Minerualia, Artificibus epichera, aliquid Ferenti comistra, Benefico charisteria, Iudicibus sportulæ, Iurisconsultis honoraria, Militibus stipendia, Exercitui donatiua, Plebi congiaria, Reipublicæ solaria, Nutricibus nutritia, Nautis naula, Præconi præconia, Commentariensi carceraticum, Principi coronarium; Denique cuique pro cuiusque munere certa merces, quam adaptato cuiuis muneri nomine examussim describit Andreas Alciatus *l. 1. inter donum, ff. de verb. sign.* Hic quæstio est, quo nomine desi-

designauimus mercedem seu honorarium quod aduocatis, de quibus hic sermo est, pendi solet. Ego cum Andrea Knichen *de sublimi & regio territorij iure, cap. 4. num. 334. & 335.* aduocaticum ant aduocatitium appellabo, soletque eiusmodi aduocaticum esse tertia pars emendarum seu mulctarum. Qua de re ita scribit Petrus Pitœus *aux coustumes de Troyes tit de l'origine des Contes fol.* 548.

Pour les entreprinses qui faisoient ordinairement les Aduoés, on aduisa pour le mieux, de taxer leurs gages & reuenus, comme il fut fait soubs Henri troisieme l'an M.C.III. au Concile de Ratisbon, recité par Conrad escriuain de la vie des Euesques de Frisingen, ou entre autres choses est laissé aux auoés la troisieme part des bans & amendes, à la charge de guarentir de toute perte & iniure leurs monasteres, & leur faire paier ce qu'ilz appellent Wehrgeld ou VVeregildum, c'est à dire, l'estimation, &c. Quod & vbiuis penè terrarum aduocatis tertia pars emendarum debeatur, testantur quamplurimi alij scriptores classici, quos ego in principio huius opusculi commemoraui.

Et in patria Leodiensi deberi eis talem quotam, constat ex recordio aduocatiæ de Fronuille, quam pridem possedit proauunculus meus, nunc autem nobili successionis iure habet Ioannes de VVaha affinis meus, vti constat ex breuitestato curiæ de Fronuille in hæc verba:

Extraict d'ung record touchant hault execution & tierce part des amendes appartenants à vng Sr. Vovvez de Fronuille.

L'an 1600. en mois de May, le douzesme iour, at esté recordé, estant adiourné à cest effect damoiseau Iean Dargentet Sr. Dochain pour lors bailhieu de Gondroz de tresredoutté Monsieur de Liege au lieu de Chinee & le mambour de mondit Sr. pour lors nommé Collard Crocq;, comme s'ensuyt. Recordons que lan mil quattre cens quatre vingt et xhuicts, le cinquieme iour de feburiet, at esté passé & iugé & baillé pour Recharge de nosd. tz Signeurs & iurés, que quant vn Vovvez de ban de Fronduille de nostre tresredoutté Sr. monsieur l'Esueq; de Liege; leditVovvez est tenu, de faire ou de faire faire la hault iustice & execution a ses fraix, costainges & depens, & en touttes calenges, forfaiturs & actions doit auoir ledit Vovvez le tiers deniers, lesquelles choses saluons & vvardons.

Extraict hors d' vng autre recorde.

Tous mannans, surceans & habitans residents au ban de Fronuille, sont obligé, tenu & redeuables à vng Vovvez tous les ans chacun d' vne poulhe, & vng setyer d'auene, mesure dudit lieu, lequel redeuableté soy nomme la Vouuerye.

L'onzesme iour de Maij l'an 63, fut iugé à la requeste du Vovvez de Fronuille a l'encontre de Iean le texheur, qui auoit failli de payer sa vouuerye, parquoy on luy auoit dependu son huysse de sa maison selon l'vsage delle court, & dedans quarante iours apres ledit Iean mist en la main de Mayre vaige tant pour ladite vouuerye, comm pour fraix de loy & amende, iugé fut & par loy ai apprins de leurs anciens, que quant vng mannant estoit defaillant de payer la vouerye que depuis q'ng Vovves requit le Maire,

Maire, qu'il luy prest vng sergeant pour faire cõmander à celuy qui n'at point payé la Vovverye, le Maire luy doit prester, & doit le sergeant pour ses droits ad ce afferant aller dependre l'huysse principal delle maison de celuy defailhant, & à celuy huysse nulz ny nulle ny peult in droit toucher sinon sur le peril de loy, fin à tant que ledit Vovvez est content de sa Vovverye & de l'amende & tous fraix de loy payez. Adu nne que ledit Iean le texheur mist VVaige dedans la quarantaine apres l'huys dependu, affin que ledit Vovvez ne se plaind d'st pardeuant la Iustice, apres laditte quarantaine, En oultre parquoy le maire par mõsieur luy polsist demander l'amende en vertu delle plainte dudit Vovvez par desobeyssance.

Lan 1503. le 14. &c. de Iulette alesté recordé, qu'il peult chasser, venner, tendre lasse filler, tirer, harkebuser, prendre cerf, sengle.

Quant aux eaux, que directement il appartient à vng Vovvez la troysiesme part de la riuier dourte.

QVAESTIO LX.

Quid si post solutionem alterutri impensam emendatarius fiat non soluendo.

Respondendum, iuris æquitatem suadere, vt is cuius interest sibi solutum fuisse, experiri possit aduersus eum qui solutionem emendæ recepit. Quoties enim res mea aut mihi debita peruenit ad aliũ sine facto meo, possum agere contra illum vt eam mihi restituat, *l. si me estitium, ff. si cert. pet.* idque præsertim æquitate canonica, *Host. cap. de his, vbi Abbas numer. 9. vers. Hostiensis dicit, de sepulturis.*

QVAESTIO LXI.

Quid si inter plures aduocatos vel officiales non conueniat.

Dicendum, compellendos per superiorem ad concordiam, *l. huiusmodi, §. fin. ff. de leg. 1. Mart. Laudensis tract. de Principe, quæst. 536. Boer. dec. 5. nu. 2.* statuendum, vt is qui in imperio maior est, in administratione & prærogatiua anteferatur, *Boer. tract. de custodia clauium, num. & decis. 5. num. 4. Innoc. cap. prudentia, de offic. del. Angel. l. 2. §. & his, ff de verb. oblig.* Saluo semper iure & indemnitate alterius, qua de re plenius supra scripsi *quæst. 40. & 41.*

QVAE-

QVAESTIO LXII.

An Aduocatus agere posit aduersus officiatum vt sese de emendis communibus expurget.

RESpondendum, posse: Ad instar Episcoporum qui pro quarta episcopali possunt experiri aduersus eos qui eiusmodi quartæ possunt esse debitores, *DD. cap. certificari, & cap. in nostra, cap de his, de sepulturis.* confirmarique id posset ex Vlpiano *l. verum, §. si cum tres socij, ff pro socio, & Castrense, l. si duo, numer. 3 ff si quis caut.* qui tradit eum qui pœnam ad alterum spectantem exegit, compelli posse, vt eam restituat, eique cui debetur communicet. Sed quæro, qua in actione hæc petitio fundetur? Ioan. de Platea censuit, *in l. 1. C de vendit. rerum ad ciuit. cum priuatis pert. lib.* 10, in actione negotiorum gestorum, cuius vt & multarum aliarum præparatoria est, ad expurgandum actio ad instar actionis ad exhibendum, quæ præparatoria est rei vendicationis, *glo. l. 1. ff. ad exhibend. VVesemc. ibid. in parat. nu.* 5, quâ nihil aliud postulatur, quam vt is qui obligari potest iureiurãdi religione, sese exoneret & quasi extra secretum producat, *l. 3. §. ait prætor, ff. de lib. hom. exhibendo.*

QVAESTIO LXIII.

An officiatus posit inscio aduocato cui pars emendæ debetur, solutionem recipere.

SVMMARIVM.

1 *Pœna aut mulcta pluribus debita non possunt per alterum altero inuito condonari. num. 3.*

2 *Fructus demeti nequeunt antequam decimator sit certioratus.*

3 *Solutio est alienatio.*

4 *Fiscus Principis Aduocato componere potest inscio.*

5 *Emenda communes pluribus vti singulis sunt per singulos componibiles.*

6 *Compositio in fraudem Aduocati facta non tenet.*

7 *Fraus variè probatur.*

NOn absimilis est præcedenti hæc quæstio. Nicolaus Boerius *decis. 5. num. 7.* 1 & Petrus Bellugas *in speculo principum, Rubr. 24. de mero & mixto imperio, §. Postremo, num. 1.* censuerunt in pœnis & compositionibus quæ ratione officij aut

M iurisdi-

iurisdictionis duobus debentur, alterum sine altero remittere, componere, disponere solutionem ve recipere non posse, idque etiam variorum DD. autoritate confirmant, *Bart. l. si vni ex pluribus. num 9. vbi dicit quod debeat constare alterum nolle vel non posse, ff. de Reg. iur arg. cap. inter quatuor, de maior. & obed. & l. in concedendo,*
2 *ff. de aqua pluuia arcenda.* Confirmo id ego à simili: sicuti enim non licet agricolis demetere fructus antequam decimatori, cuius ratione decimæ interest, significarint, *Papan in arrestis, tit. de decimis, arresto 6. Couarruuias var. resol. lib. 1. cap. 17. n 8. vers. quartum est aduertendum, DD cap. ex parte. de decimis, l. 2. vbi Lucas de Penna, col. 7. Quando & quibus quarta pars debetur, Petr. Iacobi. in sua praxi, de confessoria in seruitute personali vsusfructus, §. sed dici, cum §. seq folio 25.* ita neque alteri sine altero de communibus emendis transigere solutionem ve accipere permissum est, *tot. tit. C de com rer. alien nt.* sunt enim eiusmodi pœnæ & emendæ fructus iurisdictionis & officiorum publicorum.

3 Cum itaque non modo transactione aut compositione, sed etiam solutione alienatio inducatur *l quod si forte, §. fin. cum l. seqq ff de solut. Fabian de Monte de empt. & vendit. quæst. 4. principali, §. 22. n. 12.* Consequens est, vt alter sine altero de quota sibi nō competente transigere aut solutionem recipere non posit, *d. l. quod si, cum l. seq.* Mihi hac in materia, vt paucis multa explicem, sic distinguendum videtur:
4 Aut fiscus, seu, quod perinde est, officiatus principis iure fisci vtens emēdam habet cum aduocato communem, & tunc officiatus potest sine consensu aduocati ius priuilegio fisci non vtentis componere atq; transigere, *l. multum interest, C. de com. rer. alienat.* reseruata tamen aduocato aduersus fiscum seu officiatum actione, vt pœnam quam exegit illi communicet, *Castr. l. si duo, num. 31. ff si quis cautionibus, l. verum, § si cum tres ff. pro socio, Abb. cap. de his, num. 9 vers. Hostiensis dicit de sepult.* Aut officiatus iure fisci non vtitur, & non potest inscio aduocato componere solutionem ve recipere, *Boer. & Bellugas de locis.*

5 Limito primo: nisi eiusmodi emendæ communes inter eos essent vti singulos; tunc enim alter sine altero haberet componendi atque transigendi de sua quota facultatem, *l. falso tibi, C. de com. rer. alienat.*

6 Limito secundo; nisi compositio solutione in fraudem aduocati fieret. fraus autem multifariam probari potest, *Alciat. l. si maior, C. de transact. Mascard. concl. 816. Vol. 2.* & quidem tribus, aut vt minus, duabus præsumptionibus, *Capoll. de si-*
7 *mulat. contract. num. 101. Hier. Grat. consi'. 11. num. 14 par. 2. Caualc. dec. 13. num. 27. & 23. part. 2.* siue eæ præsumptiones à priori aut posteriori, aut vtroque simul, (vt loquuntur Doctores) processerint, *Rota nouiss. dec. 806. num. 5. part. 1. l. multum, num. 2. C. si quis alteri.* debetque esse vterq; fraudis eiusmodi particeps, scilicet tam officiatus, quàm is qui officiato solutionem in fraudem aduocati impendit, *l. ait prætor, §. si quis particeps ff quæ in fraudem. Farinac. dec. 782. num 3.*

QVAE-

QVAESTIO LXIV.

An si facinorosi soluant integram emendam Principis officiato, posſit aduocatus cui emendæ pars debebatur aduersus facinorosum experiri?

SVMMARIVM.

1 *Fiscus potest rem quam cum alio habet communem alienare.*
2 *Debitor emenda potest eam vel fisco vel Aduocato soluere.*
3 *Fiscus debet rationem reddere Aduocato eius emenda quam recepit.*
4 *Alienare qui non potest nec etiam solutionem potest recipere.*
5 *Solutio facta creditori, creditoris operatur liberationem.*
6 *Fraus probanda ab eo qui se in ea fundat.*

VTrùm si facinorosus quispiā soluat solidam emendam officiato Principis, posſit nihilominus is qui aduocatus est aduersus eū qui soluit pro sua quota experiri? Respondendum, nō posse: Quia priuatus habens rem cum fisco communē cedit, &, vt in adagio est, dat fisco herbam: Adeò quod fiscus alienare rem 1
communem & pretium recipere inuitō & repugnante priuato posſit, *Bart. & Io. de Platea l. forma, C. de venditione rerum fiscalium cum priuatis cōmunium, lib. 10. Bald. l. 1. col. 6. C. de hered. vel act. vend. idē in l. 1. C. de priuilegijs fisci. lib.* 10. *DD. l. de his, C. de Episc. & cler. Bart. l. Diuus, § senatus. ff. de iure fisci, Salicet. l. etiam, C. ad l. Falcid. Aret. l. eum qui, §. in popularibus. ff. de iureiur. l. 2. C. de com rer. alien.* In arbitrio itaque erit 2
debitoris emendæ soluere vel fisco vel aduocato; ita tamen, vt si aduocato quotam eius soluit, liberationem quotæ istius consequatur, non vero quotæ officiati, *l. res. §. 1. ff. de iure fisci, l. si cum emptore, in fin. ff. de pactis, l. apud Celsum, ff. de doli except.* id quod fisci fauore introductum est, cuius priuilegio aduocati & alij ius regaliorum non habentes non gaudent.

Ita tamen vt quod officiatus recepit, id postea alteri cui emendæ pars debetur 3
communicet, *Castr. l. si duo, num 3. ff. si quis cautionibus, l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* Præterea nisi emendæ inter eos veti singulos essent communes, quemadmodum *alia quæstione* 63. ostendi. tunc enim solutio tanquam non creditori facta liberationem non operaretur, *§. 1. de Instit. quibus modis tollit. oblig* quippe quod solutione alienatio inducatur, *l. quod si forte, §. fin. cum l seq ff. de solut. l. ait prætor, §. permittitur. ff. de minorib. l. 1. & 2. C. si aduersus solut. §. admonendi, Instit. quibus alienare licet.* cui

cet, cui autem alienare non licet, nec etiam solutionem recipere permittitur, &
4 à contrario sensu, de quo Præses, *in locis legalibus, loco à contrario sensu*. Cui alienare licet, vti in fisco, rem cum alio communem, *l. 1. & seqq. C. de communi rer. alienat.* & etiam solutionem recipere permissum est, *d. l. quod si forte, cum l. seq. ff. de solut. Fabian. de Monte de empt. & vendit. in 22. quæstione quarta quæstionis principalis, num. 12. vers. circa sextum*, ita tamen vt is qui rem habuit cum fisco communem, pretium possit à fisco actione negotiorum gestorum condicere, *gloss. & Ioan. de Platea, l. 1. vers. sed quæro, C. de vendit. rerum fiscalium cum priuatis cõmunium lib. 10.* adeo quidem, vt antehac ostendi, liberum sit debitori emendæ vel officiato vel aduocato quotam quam aduocato debet exoluere, *Barth. d. l. 1. vbi Ioan. de Platea, vers. tenet tamen Bart. C. de vendit. rerum fiscalium lib. 10.* quia fiscus necesse debebit ex post facto eiusmodi emendæ quotam aduocato restituere, *arg. l. res, §. 1. ff. de iure fisci, l. si cum emptore, in fin. ff. de pact.* Nam & solutio facta creditori creditoris (vt esset fiscus respectu officiati) liberationem solet operari quandoq; ipso
5 iure, quandoque ope exceptionis, quemadmodum plenius respondit Paulus Parisius, *consil. 107. nu. 128. & seqq par. 3. l. soluendo, ff. de neg. gest. l. solutionem. ff de solut. l. si liber, vbi Raph. Cuman. ff. de neg. gest. l. solutum, §. solutum, ff de pig. act. l. si opera ff. de doli except.* Et hoc quidem (vti ante scripsi) seposita omni fraude, in cuius pro-
6 batione allaborandum erit ei qui se in ea fundat, *l. ei qui de prob. Mascard. de probat. Vol. 2. verb. fraus, Menoch. de præsumpt. & alij DD. paßim.*

QVAESTIO LXV.

Quid si vnus citando præuenit, an alteri viam concurrendi in iudicio præcludat?

IOannes de Platea respondit affirmatiue, *per l. vnicam. ff de cõsulib. l. pluribus, ff. de procurat. Platea, l. tã collatores, § fin. vers. & ex hoc, C. de re milit lib. 12.* non ideo tamen impedietur is cuius interest quin possit iudicio quod alius præoccupauit, vt collusioni omnis ansa amputetur, sese adiungere, *Gail. lib. 1. obs. 70.*

QVAESTIO LXVI.

Aduocatus in munere suo impeditus poteslne interdictis possessorijs aduersus impedientem experiri.

SVMMARIVM.

1 *Sine inuestitura non potest Aduocatia acquiri.*

2 *Vasallus necdum inuestitus non est vasallus.*

3 *Inuestitura per saltũ acquiri non potest.*

Potest

POteſt. *Ioannes VVameſius conſil.* 481. *num.* 7. *de iure patr. tom.* 2. *Menochius de rec. poſſ. rem.* 15. *num.* 45. *Mol. ad conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 4. *num.* 34. *& ſeqq.* Dummodo legitimus antea poſſeſſor fuerit, poſſeſsionemque acquiſiueret præcedente inueſtitura: ſine enim inueſtitura, rei feudalis poſſeſsio iure, quo vtimur non acquiritur, *VVameſ. ibid, num.* 8. *&* 9. *Abb. cap. autoritate, num.* 5. *de inſtitut. Molin. d.* §. 1. *gloſſ* 4. *num.* 34. *& ſeqq.* & quidem ab eo qui inueſtiendi habet poteſtatem; alioquin vitioſa eſt & nulla defectu poteſtatis, quæ eſt ſpecies nullitatum maxima, *cap. quod autem, de iure patr. cap.* 1. *de inueſtitura de re aliena facta*, *l.* 1 *in fin ff ad Tertull. l.* 1. §. *hac autem verba, ff. quod quiſque iuris.* & conſequenter experiri non poteſt: quia vaſallus necdum inueſtitus non eſt vaſallus, nec feudum interea pro feudo reputatur, *gloſſ. cap.* 1. *Hic finitur lex Conradi.* cenſeturq; reuerſum feudum ad ſuam cauſam & originem, ita vt dominus, non vero vaſallus poſſeſſor cenſeri debeat, ac etiam eo nomine non vaſallus ſed dominus in ſua poſſeſsione turbari videatur, *Ioan. Faber* §. *retinendæ num.* 7. *inſtit. de interdictis, cap. Piſanis, de reſt. ſpol. VVam, vbi ſupr. num.* 11. *Molin. ad conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 1 *gloſſ* 9. quod extendo, etiamſi vaſallus inueſtituram per ſaltum à ſuperiore mediato obtinuiſſet: ea enim non releuaret, quia neceſſe eſt vt ab immediato habeat, *cap.* 1. § *illud, de probibit. feudi alienat. per Federicum.* Extendo item, etiamſi vaſallus ſucceſſori ſuo poſſeſsionem tradidiſſet: id enim non iuuat; quia à domino eiuſmodi poſſeſsio eſt accipienda, *cap.* 1. §. *ſi facto, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dom. & agnatos, VVameſ. d. conſil.* 481. *num.* 13. Et quidem hæc omnia adhibita ſemper iuriſprudentia, niſi diploma aduocatiale, & temporis curſus aliud ſuadeat, prout nec ſi quippiam ex iure feudali à quo aduocatiæ hæc ſolent regulari aduerſetur, vti inter alios oſtendit Vdalricus Zaſius. *De feudis, tit. de feudi amiſsione, num* 55. *litera E.*

1
2
3

QVÆSTIO LXVII.

Quid ſi plures ſint eiuſdem loci aduocati, an alter in alterum aliquid poſsit.

MInimè; Quia in tali caſu eſſent pares. Iuris autem eſt, parem in parem imperium aut iuriſdictionem non habere, *cap. innotuit*, §. *quamuis, vbi Abb. nu.* 4. *de elect.* & ideo dominos temporales eiuſdem loci ſibi inuicem imperare non poſſe tradit Abbas *d. num.* 4. prout & eos qui in iuriſdictione pares ſunt ſeſe inuicem excommunicare non poſſe refert & probat Gregorius Sayrus. *in theſauro Theol. Moralis lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 23. *&* 24.

QVAESTIO LXVIII.

Aduocatiæ an transeant ad successores: Et an de ijs testari liceat.

SVMMARIVM

1 *Feudum Guardiæ ad successores non transit.*
2 *Aduocatiæ nō transeunt nisi ad habiles.*
3 *Aduocatiæ ecclesiarū nō sunt perpetuæ.*
4 *Inuestituræ derogant naturæ feudorū.*
5 *Testari de Aduocatia an liceat.*

1 SI iuris feudalis rationem contemplemur, non transibunt. feudum enim guardiæ, cui aduocatiæ æquiparari solent, *VVamesf. consil.* 481. *de iure patr. tom.* 2 ad successores non transit, imò ne quidem perpetuum est, sed temporale, *DD. ad tit. de feudo guardiæ & Castaldiæ in feudis*. Verùm id ita obtinet, nisi diploma aduocatiæ, consuetudo, priuilegium aut præscriptio aliud adduxerit, *cap. priuilegium, de priuileg. in 6. cap.* 1. *& seqq. vbi DD. de feudo guardiæ.* Et etiam si transire deberet,
2 intelligeretur transibilis & successoria ad eos qui habiles sunt, quemadmodum bene animaduertit Vdalricus Zasius *in paratit. C. de adoptionibus. num.* 19. *tom.* 1. *fol.* 27. aduersus nobiles qui prætendunt ex consuetudine, concesione vel aliter sibi & successoribus suis competere ius aduocatiæ, de quo nunc est nobis sermo. Nam (vt idem inquit) intelligi id semper debet, si apti sint & idonei ad eiusmodi munus exercendum, *idem Zasius consil.* 6. *nu.* 6. *& seqq. tom* 2. *vide infra quæst* 91. 95. 96 *Cardinalis Baleolus, de bono senectutis par.* 3. *folio* 267. *vers. quare etiam*, *Tiraq. de primogenitura, quæst.* 23. *n.* 17. *vide etiam late Baldum, cap.* 1. *An mutius vel imperfectus*. vbi dicit esse materiam problematicam, limitatque, nisi sit feudū quod nulla
3 ex causa amitti posit, signanter vero si in erectione aduocatiarum ecclesiasticarum summi Pontificis non præcesserit autoritas, eo enim in casu aduocati ecclesiarum non erunt perpetui sed reuocabiles, *Zasius de feudis, tit. de feudi amissione, num.* 55 *pag.* 316. *litera* E. Quæ omnia, vti frequenter admonui, dependent ab inuestituris aduocatiarum. Inuestituræ enim derogant omni feudorum naturæ,
4 *Bald. cap. denique, quæ fuit prima causa beneficij amit. tex. c.* 1. *de duobus fratribus Bald. in proœmio feudorum, in* 4. *dist. Hieron. Schurff. consil.* 21. *num.* 16. *cent.* 3. *Zasius de feudis, par.* 6. *num.* 16. *& seqq. Cord. consil.* 62. Vtrum autē Aduocatus de Aduocatiæ feu-
5 do testari posit? Respondeo sine consensu eius à quo de feudo inuestitus est nō posse. *Late Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus lib.* 25. *de feudis tit.* 27. *num.* 6. *& seqq.* In quo ego non insisto, sed vberiorem disquisitionem habebit qui

volet

volet ex Francisco Curtio, *De feudis par. 4 quæst pen. num* 125. *& seqq.* Quid porrò si Aduocatia sit ex pacto & prouidentia? item an ius conuiuij apud Leodienses habeat hic locum, vide insignem decisionem in causa Leodiensi apud Farinaciū, *par. 2. dec.* 362. qua de re ego breuiter infrà, *quæst.* 70. *num* 3.

QVAESTIO LXIX.

Defuncto patre an aduocatiæ possesio in filium continuetur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatia sunt transitoria ad filios.* 2 *Quid de filiabus.*

SI iuris feudalis dispositionem consideremus, non continuabitur : quia ius istud est personale, & quidem temporale, quod ad heredem non transit, *cap. 1. de feudo guardia.* Sed si mores consideremus, quibus aduocatiæ factæ sunt perpetuæ, & ad succeßores transitoriæ, aliter dicendum est: Nimirum aduocatiarum posseßionem continuari in filium adinstar feudorum cum quibus hæ aduocatiæ velut species fraternisant, *Tiraquellus de iure primogenitura, quæst.* 40. *num.* 96. vulgari illa praxeos theoria, le mort saisit le vif. *Tiraquellus tract. le mort saisit le vif, par. 4. declar.* 5 *nu.* 19. signanter ijs in locis in quibus feuda censentur iure patrimoniorum, vti de Francia testatur Tiraquellus, *d. decl.* 5 *nu.* 21. *Ioan. Faber Inst. de Rer. diuis. in fin. & auth. ingreßi, C de sacr. Eccles. Guido sing.* 483. *Pirrhus ad consil. Aurel. Tit. de feudis art.* 1, *Tiraq de retr. consil.* 1. *gloss.* 3. *numer.* 11. Itaque patre defuncto continuatur in filium aduocatiæ possesio, potestque interdictis experiri, si in possesione alius inueniatur, *Late Tiraquell. tract. le Mors saisit le vif, in præfatione, declaratione* 4. *& par.* 4. *decl.* 5 *per tot.* Sed an si ante actū continuatæ posseßionis eijciatur, posit interdicto recuperandi experiri, disquirit Gaillius *lib.* 2. *obs.* 152. quicquid sit, de iure certe eo loci in quo le mort saisit le vif, dubium supereße non potest, *Gail lib.* 2. *obs.* 152. *num* 18. Quid autem de filia, disquiram infrà, *quæst.* 73. Denique quod proximior qui necdum adepta posseßione hæreditatis seu bonorum spoliatur, posit beneficio *cap. redintegranda* 3. *quæst.* 1. restitui ad posseßionem illam artificialem & ciuilem, tradit Iacobus Menochius *De Rec poss. Rem.* 15 *quæst.* 37. *num.* 392.

QVAE-

QVAEST. LXX.

Quid iuris si aduocatus decedat vxore prægnante.

SVMMARIVM.

1 *Venter an in possessionem mittendus, sunt aientes & negantes sententia.*

2 *Mater filio non succedit in Auocatia.*

3 *Ius connubij apud Leodienses an habeat locum in feudis.*

1 DVbium est, quod si aduocatiæ institutio excludat omnino fœminas, num si possessor aduocatiæ decedat sine liberis masculis vxore tamen prægnante, vtrum venter sit in possessione continuandus, mittendusve spe masculi nascendi; an vero preferendus masculus remotior qui, est in viuis? Sunt qui censent facta diligenti inquisitione an prægnans sit, adhibitisq; cautelis à iure requisitis, *l. 1. §. de ventre inspiciendo, ff. de ventre in possess. mitt.* neq; ventrem neq; remotiorem masculum esse in possessionem mittendum, sed constituendum esse curatorem, bonis aduocatiæ, interimque dum partus edatur seruandam esse aduocatiam, velut in sequestro, interimque prægnantem mulierem alimentandam ex bonis aduocatiæ, etiamsi aliunde ei prouisum, *l. 1. §. mulier, l. curator, l. cum venter. ff. de ventre in possess. Auendanius Resp.* 18. *Lud. Molin. tom. 3. de Maioratibus, tract. 2. disput.* 637. *num.* 11.

Alijs placuit magis, ventrem indistinctè in possessionem esse mittendum, præstitâ prius per mulierem cautione, quod si masculum non edat, de restituendis fructibus aduocatiæ legitimo successori, *arg. l. 1. & seqq. ff. & C. de Carb. edict.* exceptis tamen alimentis quæ mulier restituere non tenetur nisi se prægnantem finxisset, *Lud. Moli. d. nu.* 11.

2 Quid porrò, si Aduocatus decedat illiberis matre superstite? Breuiter respondeo, Consuetudine Leodiensi matrem non succedere; Sed Aduocatiam deuolui ad proximiorem masculum: Qua de re est insignis decisio apud Farinacium *par. 2. dec.* 362. Sed an in successione Aduocatiarum locus sit iuri connubij,
3 quæstio est. In plenarijs seu maioribus feudis de consuetudine Leodiensi non est, qua de re videatur idem Farinacius, *d. decis.* 362. *num.* 450. *vide Chassan. ad cons. Burg. tit. des Droits & appartenances à gens mariez. §. 2. vers. Et acquest. num.* 14. & quæ plenaria dicantur feuda, explicatur supra, *quæst.* 35. *num.* 15. *art.* 19.

QVAE-

QVAESTIO LXXI.

Quid si aduocatus relinquat vxorem prægnantem, & filiam, quæ ab aduocatia non excludatur, nisi ob masculum eiusdem gradus.

HAc in facti contingentia qua vltimus aduocatiæ possessor relinquit filiam, quæ ab aduocatia non excluditur nisi ob masculum eiusdem gradus, vxorem prægnantem, Existimarunt quidam filiam iam natam in possessionem esse mittendam; quia si contingat nasci filiam ea excludetur, à filia seniore iam nata, *Pelaez de maiorat par. 3. quaest. 2.* atvero Gutierrez, ventri, vti alia in quæstione dictum est, possessionem deferendam censet *Gutierez pract. qq. lib. 2. quaest. 2.* fœtus enim necdum natus pro nato habetur in fauorabilibus, *l. qui in vtero ff. de statu hom.* dumque dubium est de sexu, venter est in possessionem mittendus, *l. 1. §. sed & incertum, §. quare §. vlt ff de ventre in poss mittendo.*

QVAESTIO LXXII.

Quid si partus arguatur illegitimus.

SVMMARIVM.

1 *Carbonianum edictum conceditur partui.*

2 *Illegitimi non succedunt.*

SI impubes aut in matris ventre adhuc latens illegitimus arguatur, deque eius statu quæstio sit, experiri oportebit ex Carboniano edicto, cuius theoriam praxi accommodatam egregiè refert Ludouicus Molina, *de Maioritatibus. tom. 3. tract. 2. disput. 137. num. 12. & seqq.* Alioquin si partum constet esse illegitimum, non succedit. Ne quidem si sit legitimatus vigore Bullæ Pij V. qua de re videri poterit prolixa decisio iurium autoritatibus confirmata apud Prosperum Farinaceum, *dec. 41. par. 1. per tot.* Et ex professo Bermondus Choueronius, *de publicis concubinarijs, per totum.* Deinde Illustrissimus Cardinalis Palæotus. *de Nothis & Spurijs.*

1 (right margin, line 1 of paragraph); 2 (right margin, line 5)

QVAESTIO LXXIII.

Frater an possit sororem à prouisionali immissione in possessionem aduocatiæ excludere: Qualiterque & quousque Aduocatiæ bona sint extendenda vel restringenda.

1. VT paucis quid sentiam explicem, distinguendum censeo, Num liquide constet aut non constet, rem esse aduocatialem. Si enim liquide constet, filia immitti non poterit: Si vero non constet nec incontinenti probatio, prout de iure offeratur, immitti poterit, *cap. 1. §. inter filiam, si de feudo defuncti controuers. gloss. cap. 1. verb. item sciendum, de controuersia inter masculum & filiam. Alex. l. vlt. circa finem, C de edicto Diui Adriani tollendo, Ioan. Andr. in add. ad Spec de Testamentis. §. pen. in fine, Decius cons. 527. num. 8. & consil. 22. Albert. Brunus consil. 2. num. 1. Sosad. consil. 7 num. 13. Bald. cap. 1. num. 3 & 5. de feudi successione. Parisi. consil. 22. nume. 53. Vol* 1. & ita præiudicijs Cameræ Imperialis decisum refert Mintingerus, *cent. 5. obs. 25. Rosendal de feudis cap. 7. concl. 50. num. 51.* extatque ea de re solemnis decisio in nouissima compilatione votorum Imperialis Cameræ, *tom. 1. Voto 6. par. 1. tit. 7.*
2. *de litigiosa possessione* Fundatur porrò hæc decisio in iuris præsumptione militante pro filia. Nimirum quod omnia bona præsumi debeant allodialia, & non aduocatialia siue feudalia, *cap. 1. & ibi gloss. de Controuersia inter masculum & fœminam, Alexand. cons. 129, lib. 1. Afflictus dec. 257. num. 4. Latè Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionib. lib. 23. tit. 4. num. 2.* Vt proinde filia iudicis officio implorato vtili etiam interdicto quorum bonorum, in possessionem bonorum im-
3. mitti possit donec in petitorio de qualitate feudalitatis, seu vt ita loquar aduocatialitatis sit cognitum, *Baldus d. cap. 1. num. 3. & 5. de feudi successione, Paris. consil. 22. num. 53. Vol. 1 VVesemb. consil. 1. num. 34. & 36. Menochius de adipiscenda possess. Rem. 1. num. 44. Latè Card. Mantica d. lib. 23. tit. 4. num. 2. & seqq.* quippe quod ex-
4. ceptio feudalitatis seu quod perinde est aduocatialitatis, longioris indaginis fiduciariam immissionem interdicti quorum bonorum remouere non possit, *Menoch. de adipisc. poss. Rem. 1. quæst 30. num. 108. & seqq.* Quam ego conclusionem amplio & etiam extendo ad ea bona quæ sita & constituta sunt intra fines castri aduocatialis siue feudalis: Neque enim recepta est eorum opinio qui censent,
5. omne id feudale esse quod intra fines feudi est constitutum, *Afflictus cap. 1. de Controuersia inter masculum & fœminam. Bellon. consil. 10. num. 11. Afflictus decis. 214. Iu-*
6. *lius Clarus verb. Feudum. quæst. 18.* Amplio 2. etiamsi inuestitura esset generalis. Scilicet cum pratis, terris, siluis & pertinentijs ac appendicibus. Inde enim non sequitur,

quitur, particularia bona esse feudalia, nisi præterea probetur fuisse tempore inuestituræ atque releuij de pertinentijs feudi aduocatialis, *Ruinus consil. 1. num. 2. & 23. Natta consil. 514. num. 4. & seqq. consil. 521. num. 5. Crauet. consil. 14. numer. 9. consil. 253. num. 7. Roland à Valle consil. 82. numer. 11. vbi testatur de communi lib. 2. & consil 98. num. 16. & 25. lib. 3. Decius consil. 33. num. 53. Menoch. lib 3 præsumpt. 101. num. 6 & 7. Card Mantica d. lib. 23. tit 6. per tot.* Amplio 3. Etiamsi inuestiturarum releuiorumque verba essent prægnantissima, vtputa de Iurisdictione & dominio, cum pratis, prædijs, nemoribus, & alijs iuribus & pertinentijs seu appendicibus, *Natta d. consil. 514. num. 29. consil. 313. per tot. Ruinus d. consil 1. Bossius in suo tractatu Criminali tit. de Principe num. 253.* Eo enim non obstante probari debebit sigillatim atque limitate qualitas feudalitatis bonorum, *Cardinalis Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 23. tit. 6. num. 11. & seqq. vbi fusissime, & lib. 14. tit. 14. de Ambigua castri venditione, num. 38.* Estque hæc opinio à Rotæ Romanæ auditorio confirmata in vna Astensi de Solario, 27. Aprilis 1584. coram bonæ memoriæ Bubalo, & nouissimè in vna Leodiensis hæreditatis 13. Decembris 1617. coram Reuerendissimo Buratto inter Dominos Dans, & Dominos de S'ymes, vbi in indiuiduo dicitur, quod verba releuiorum, in quibus fiebat mentio de castro cum omnibus illius terris, pratis, siluis, reditibus, pertinentijs & appendicibus, non probare feudalitatem bonorum particularium, sed requiri specialem probationem corporis de quo disceptatur, *Alexand. consil. 55. nu. 19. lib. 4 Natta consil. 313. Surdus consil 135.* Amplio 4. Vt ne quidem feudalitas probetur ex possessione primogeniorum, nisi disertis verbis probatur possessionis continuatio iure primogenituræ, & tanquam de feudo aduocatiæ facta, *Gail. lib. 2. obs. 154. num. 3.* Argumentum enim à nudâ possessione desumptum fragile est, atque fidei lubricæ, *Natta d consil 514. num. fin DD l. naturaliter, §. nihil commune, ff de acq poss.* Amplio 5. Vt eiusmodi disquisitio, Num bona sint aduocatialia siue feudalia, agitari discutique possit coram Officiali Leodiensi Iudice ecclesiastico. Quando enim qualitas feudalis reuocatur in dubium, cognitio eius non ad Pares Curiæ, sed iudicem ordinarium spectare potest, *Minsing. cent. 5. obs. 75. n. 3. & 6. cent. 1. obs. 99 Gail. lib. 2 obs. 156. num. 2.* Quæro pro huius quæstionis coronide, Num feuda in dubio præsumantur hæreditaria, vel ex pacto & prouidentia? Breuiter respondeo, ex pacto & prouidentia potius præsumenda esse, quam hæreditaria. *Farinac. dec. 127. num. 11. par. 1. dec. 256. num. 11. par. 2 dec. 362. par. 2. ca. 1. §. ad filias, de success. fratr.* à qua specie feudorum cum pacto & prouidentia fœminæ non excluduntur, *Farinac. d. dec 362. nu. 2. & 3.* vt nec à successione feudorum, in quibus seruitium personale non requiritur: cum satis sit si seruitium per substitutum præstari possit, *Cardin. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib. lib. 23. tit. 15. num. 62. vers. 17. casus, Farinac. d. dec. 362. num. 3.* eoque ipso quod fœminæ feu-

næ feudum conceditur censetur concessa facultas seruiendi per substitutum, *Menoch. d. consil* 65. *num*, 70. Cui tamen quæstioni adijcio micam salis, de qua in quæstione 86. Cui pro auctario, adijcio Archimedeum problema: Quid si fœmina sit ad feudalem Aduocatiam admissa, num superueniente masculo excludetur? videri poterit Rotul. decisio apud Prosperum Farinaccum 155. *par.* 1. cum Doctoribus ab eo laudatis. *Iulius Clarus de feudis, quæst.* 80. *Schraderus de feudis par.* 2. *cap.* 4. *num.* 82. *par.* 7. *capit.* 4. *numer.* 61. *Fachineus Controu. Iuris, lib.* 7. *cap.* 41. *Consilium Baldi* 137. *lib.* 2. *à sexdecim I.C. subscriptum. Castrens. consil.* 176. *num.* 2. *par.* 1. *Cardinal. Mantica de Coniect. vltim. volunt. l.b.* 8. *titul.* 18. *numer.* 6. *capit.* 1. *vbi gloss. & omnes Feudistæ, de natura successionis Feudi, Tiraquell. de Primogenit. quæst.* 12. *Albertus Brunus, de statutis excludent. fœminas. Vol. Oce.* 7. Articulusque hic est diffusior, quàm vt in præsentia attingi, & huc de locis ordinarijs trahi debeat.

QVAESTIO LXXIV.

Emendæ qualiter inter hæredes aduocati, & successorem in aduocatia diuidantur.

SVMMARIVM.

1 *Emenda an sint debita ante sententiam.*

2 *Emenda & mulcta sunt fructus iurisdictionis.*

3 *Pœna ipso iure incursa debetur, etiamsi sententia feratur post mortem alterius.*

4 *Sententia tempus quando sit inspiciendum.*

5 *Fructus iurisdictionis an debeantur ex causa onerosa vel lucratiua multum differt.*

6 *Emendas diuidi debere pro rata inter diuersa species successores, non videtur à iure alienum.*

1 Disputationis plena est hæc quæstio: Nonnullis enim placuit, emendas siue mulctas adiudicandas soluendasque hæredibus eius quo viuente delictum fuit commissum; quasi eo tempore, ius ad eas percipiendas aduocato fuerit acquisitum,

quisitum, *DD. l. diuortio, ff. solut. matrim. Tiraquell. de Retr. Conuent. §. 4. gloss 4. num.* 19. *Boer. dec.* 5. *numer.* 20. quod ius aduocatus transmittit ad suos hæredes, *tot. titul. C. Vt actiones ab hæredibus.* Alijs autem aliter visum est: Nimirum mulctas seu emendas non deberi nisi ei aduocato cuius tempore sententia inflictoria mulctæ fertur, quippe quod emendæ & mulctæ sint fructus iurisdictionis, *Bald. & DD. l. final ff. solut. matrim. Baldus l.* 1. *numer.* 16. *C. de fructibus & litium expensis & in l.* 2. *vbi Castrens. C. de Episcop. audientia, Molina de primogenijs libro primo capit.* 25. *numer.* 22. qui ante condemnationem seu adiudicationem non percepti, sed velut seminati videantur, vt proinde ante sententiam nullum ius aduocato quæri videatur, sed ei cuius tempore sententia fertur mulctæ condemnatoria, *Bald. l. final. numer.* 9. *C. de fructib. & lit. expensis Rebuff l.* 3. *C. de suscep. lib.* 10. *Guido decis.* 535. *Tiraquell. de Retr. conu.* §. 5. *gl.* 4. *num.* 21 *Bertrand. consil.* 214. *lib.* 2. *Molin. ad consuet. Paris. tit.* 1. §. 1. *gloss* 1. *num.* 52. *& in add. ad Alexand. consil.* 7. *litera B lib.* 3. 2

Quod restringo primo; Nisi pœna sit ipso iuris incursa alio viuente: 3 tunc enim sententiæ post mortem alterius latæ ratio non haberetur, *Rebuff. dict. l.* 3. *Bertr. d. consil.* 214. *Tiraquell. d. numer.* 24. Restringo secundo, Nisi condemnatio facta fuisset tempore primi, aut etiam in causa conclusum fuisset, *Baldus d. l. final. numer.* 12. *Molina de Primogenijs, libr.* 3. *capit.* 11. *numer.* 23. Tempore vero secundi, de executione quæstio verteretur: Nam 4 tunc tempus sententiæ esset inspiciendum, etiamsi postea per appellationem fuisset confirmata, *Boer. d. decis.* 5. *numer.* 20. *Molinæus in d. add. ad Alexand.* Cum distinctione an eiusmodi iurisdictionis fructus ex causa onerosa debeantur vel ex causa lucratiua, vt si ex causa onerosa, primo; si ex lucratiua, secundo debeantur, *Alexand. d. loc. diuortio, §. si vir numer.* 11 *Tiraquell. d. loco numer.* 25. *Iason l. more maiorum, numer.* 25. *ff. de iurisdictione omn. Iud. Boer. d. decis.* 5. *numer.* 24. quamuis distinctioni huic refragetur Molina *d. libr.* 3. *capit.* 11. *num.* 22. Vt nec antecedentem theoriam amplectitur: Mauult enim indistincte diuidi pro rata eiusmodi emendas inter vltimi aduocati hæredes; & alium in ipsa aduocatia successorem. Et ita huic quæstioni à feudis ad aduocatias, quæ etiam feuda sunt, ratiocinando finem impono. *Molina de Primogenijs lib.* 1. *capit.* 1. *numer.* 29. *&* 30. *Feudista ad tit. de feudo Guardiæ.* 5 6

QVAESTIO LXXV.

An successor in aduocatia æs alienum à defuncto contractum soluere teneatur.

SVMMARIVM

1 *Distinctio inter Aduocatiam hæreditariam, & cum pacto & prouidentia, & vtriusque descriptio.*

1 Distinguendum est, vtrum aduocatia origine sua sit ex pacto & prouidentia, an vero sit hæreditaria. Concessio ex pacto & prouidentia dicitur, quæ facta est pro se & liberis: Talisque concessio descendit proprio sanguinis iure ex pacto & legis prouidentia; non iudicio testatoris, vel beneficio defuncti, sed primi acquirentis, cui eiusmodi concessio facta est, *cap. 1. an agnatus vel filius, vbi Bald. num. 8. Aluar. num 9. Zas. de feudis par. 8. nume. 6. Gail lib. 2. obs. 154. num. 1. & seqq.* Hæreditaria vero dicitur aduocatia si concessa sit pro se & suis hæredibus, vel si simpliciter concessa sit nulla hæredum facta mentione aut filiorum, quia tunc in dubio hæreditaria præsumetur, *Bald. d. cap. 1 & cap. 1. de duob. fratrib. à capit. inuest. Zas. d. par. 8. num. 6.* Itaque dicendum quod hæres seu successor in aduocatia ex pacto & prouidentia non teneatur ad æs alienum prædefuncti aduocati: potest enim allodialia repudiare, & talia feuda ab ære alieno libera retinere, *Gail. d. obs. 154. num. 2. & seqq.* quippe quod in successione feudi istius speciei proximitas non consideretur respectu personæ à qua feudum vacat, sed à qua illud incipit, considerata origine, principio & stipite iure contractus primi acquirentis, *Paris. cons. 65. num. 56. cum seqq Vol 3 Gail d obs. 154. num. 3.* ideoque vltimus agnatus semper censetur primi acquirentis successor, etiamsi feudum per mille manus ambulauerit, *cap. 1. in fin de feudi success cap. 1. §. 1. de feudo marchiæ. Zas. d. par. 8 num. 5.* Proinde successore in tali aduocatiæ specie conuento pro solutione æris alieni, liceret ei exceptionem proponere intentionis non fundatæ; Tibi aduersus me competit actio, quia non sum hæres hæreditatis sed sanguinis, seu ad feudum non veni hæreditario iure sed proprio, *l. sed & si sit, §. fin. ff. de leg. 1. Alexand. consil 19. num. 6. Vol. 5.* At vero in successore aduocatiæ hæreditariæ dicendum est teneri pro illius rata ad æs alienum, etiamsi feudum illud sit antiquum vel nouum, *Gail. d. obs 154. num. 10.* Tum quia successor respectu eiusmodi feudi censetur defunctum repræsentare; tum quia repudiatis alijs bonis non potest

test eiusmodi speciei feudum retinere, *DD. d. cap. 1. an agnati vel filij*. Hinc est quod eiusmodi hæreditaria feuda regulentur ad instar hæreditatis, possuntque prælegari ac sub fidei commisso comprehendi, in legitimum computari, *Gail d. obs. 154. num. 11. & seqq.* vbi copiosius & distinctius hæc explicat, prout & Lud. Motuna *de Maioritat. tom. 3. tract. 2. disput. 640.*

QVAESTIO LXXVI.

Clientes an aduocatum vocari posint in ius sine venia.

SAEpe hactenus ostendi aduocatos, de quibus nobis hic est sermo, æquiparari defensoribus ciuitatum. Itaque sicuti defensores ciuitatum non possunt à ciuibus vocari in ius sine venia, *Ias. §. pœnales, num. 69. Inst. de act. Rom. l. qui in potestate, num. 4 C. de in ius vocando.* ita neque aduocati à suis clientibus, qui eis reuerentiæ iura debent adhibere, vt alijs huius tractatus locis ostendi. Neque refert, quod nominatim aduocati non recenseantur inter personas quæ in ius sine venia vocari nequeunt: Quia in materia quantumcumque exorbiante fit extensio ad casum proprium & improprium significatum vrbanitatis & honestatis seruandæ gratia, *Ias. d. §. pœnales, num. 55.* Nam & in pœnalibus de similibus ad similia procedi potest, *Zasius de feudis par. 12. num. 373.* Confirmatur, quia in diffinitione aduocatiarum alijsque in locis ostendi, aduocatiam esse dignitatem, quæ ideo sine correlatione clientum, à quibus dignanda est, esse non potest. *Præses loco à correlatiuis. Ioan Baptist. à S. Blasio tract. de correlat.* Proindeq; bonis moribus non conuenit, vt clientes eum quem dignari debent, in ius sine venia euocent; Veluti de clientibus in patronum, Nepotibus in patruum vel amitam, *Dec. l. qui in potestate, num. 7. C. de in ius voc.* Ciuibus in defensores ciuitatum, quibus aduocatos æquiparari ante scripsimus. latè tradit Iason *d. §. pœnales, num. 69. Quod vestem.* Nisi aduocati aliquid committant ex quo sua debeant aduocatia priuari, *Zasius l. in ius, §. patronum, num. 11. ff. de in ius vocando, l. intestato, §. si quis. ff. de suis & legit.*

QVAEST. LXXVII.

Aduocatus an clientem suum accusare posit.

IAcobus Cuiacius censuit, non posse, *de feudis lib. 2. tit. 6. de forma fidelitatis, fol. 134. & 135.* idque certis quibusdam casibus exceptis, quos ab eodem Cuiacio petere:

petere poteris, Alij vero censuerunt posse, *Petrus Gregorij de Republica, lib.* 13. *cap.* 1. *num.* 27. *cap. Petrus.* 11 *quest.* 1. *cap. nec liceat, dist* 17. *cap. placuit, cap. vt quisque,* 11. *quest.* 1. Nam Pontifex permittit eiusmodi accusationẽ fieri gradatim, primo quidem coram Episcopo, deinde eo negligente coram Metropolitano, & tandem coram rege, *cap. filij* 16 *quest.* 7. interest enim Reipublicæ peccata nocentium detegi, *l. eum qui nocentem. ff. de Iniurijs.* quod tamen ego modifico & tempero ijsdem limitationibus, quibus vsum inueni Franciscum Curtium, *de feudis part.* 4. *num.* 62. *& seqq.*

QVAESTIO LXXVIII.

Aduocato an detur aduersus clientem actio famosa.

RESpondeo non dari, *Bald. cap. imperialem, cap. fin. num.* 15. *de prohibit. feudi alienat. per Feder. Fel. cap. caterum, num.* 15. *de Iudicijs, Molin. ad consf. Par. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 4. *num.* 35. idem censendum de alijs personis inter quas intercedit honoris & reuerentiæ necessitudo, vt est vasallus & Dominus, parochianus & parochus, nutriens & nutritus, libertus & patronus, *DD. l. iniquum, C. Qui accusare non poss. l. non debet ff. de dolo, l. sed si hac. §. pen. ff. de in ius vocando.* Prohibitiones enim sunt reciprocæ, statutumque in vno correlatiuorum, censetur etiam statutum in alio, *cap.* 1. *Qualiter dominus proprietate priuetur, Curtius de feudis. par.* 6. *num.* 1. Implorare tamen cum interest poterit iudicis officium, *Bald. d. cap. imperialem, §. fin, num.* 15. aut certe actione in factum verbis temperanda erit actio famosa, *VVes. in paratit. ff. tit. de dolo, numer.* 6. *Molin. ad consf. Par. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 4. *num.* 42. Dummodo tamen eiusmodi iudicis officium vel in factum actio facti atrocitatem aut fraudem non arguant, vel opinionem re ipsa suggillent, *l.* 2. *l. licet, ff. de obseq. à liber. & libert. l.* 1. *§. interdictũ hoc, ff. de vi & vi armat. l. sed si hac, §. pen. ff de in ius voc. l.* 2. *C. de obsequijs.* Imò exceptio doli aut alia existimationẽ apud bonos grauans obijci prohibetur nedum aduersus patronum, sed ne quidem ex eorum facto aduersus patroni hæredem, quia reuerentia tam viuo quam defuncto patrono debetur, *l. apud Celsum, §. aduersus, ff. de doli except. Molin. d. tit.* 1. *§.* 1. *num.* 35. quod iterum exaudiendum censeo adhibita salis mica, de qua iam Molinæus hic à nobis laudatus.

QVAE-

QVAESTIO LXXIX.

Aduocati an poterunt testimonium dicere aduersus clientes.

CViacius, quem alia in quaestione in autoritatem adduxi, censuit non posse, certis quibusdam casibus exceptis, *de feudis lib. 2. tit. 6. de forma fidelitatis, fol.* 135. idque probat ex Halicarnassaeo. idem concludit Aluarottus *de consuetudine recti feudi, §. similiter vasallus.* id limitans nisi iussus aut iudicis coactio excusaret: quem etiam sequitur Franciscus Curtius *de feudis par. 4. num. 71.* Nam si sponte testimonium diceret in accusatione mota clienti, non excusaretur, & ne sponte id fecisse censeatur opus est, vt excusationis causas adferat; quibus si non obstantibus iudex pergat, vrgeatque illius testimonium, excusandus est, *Curtius d. num. 71.* quod ego intellexerim, si in graui causa, ex qua graue dispendium clienti oriatur, id contingat, *Aluarot. cap. 1. § sed & qui, quae fuerit prima caus. benef. amittendi, Curt. d. loco, num. 73. vers. quod intelligit.*

QVAESTIO LXXX.

Aduocati an aduersus suos clientes patrocinium suscipere possunt.

SIcuti aduocato seu causarum patrono quandoque iustitia causae penitius inspecta licet mutato consilio ac (quod dicitur) conuerso velut publice in alterius partis patrocinium descendere, *Ias. l. edita, nu. 8. C. de eden.* ita & aduocatis, de quibus hic sermo est, licere videtur, praesertim quod aduocare seu defendere non sit nocere, inquit Panormitanus, *cap. fin. num. de [illegible].* Verùm existimo non licere, idque adinstar beneficiati, cui aduersus ecclesiam à qua beneficium habet non licet impune citra beneficij sui priuationem patrocinium suscipere, *Abb. cap. fin num. 11 de donat.* Vti nec vasallo aduersus suum dominum, *Abb. cap. fin. numer. 3. de postulando.* Nec vsquequaque verum est aut permissum, quod initio dixi, licere aduocato mutato consilio in contrariae partis defensionem descendere, *Ias. d. l. edita, num. 8.* & certe si liceret, non deceret, iuxta iuris illud axioma, non omne quod licet decet, *l. non omne, de reg. iur.*

QVAE-

QVAEST. LXXXI.

Seruitus pascendi an competat aduocatiæ.

REspondeo competere aduocato non quà aduocatus est, sed quà vnus aut singularis censetur vniuersitatis, cui ius pascendi debetur, *argu.l.in tantum.§. vniuersitate,ff.de rer.diuis.Steph.Bertrandi consil. 1.lib.3. Couar.pract quæst.capit.37. num.1.*

Nam nec nobilis potest sibi aliam in pascuis commoditatem vsurpare quam alius quispiam plebeius, *Albericus l.Imperatores.ff.de seruit.rusticorum prædiorum.Petrus Pitoeus aux coustumes de Troyes,tit.10.art 8.fol.341.*

Imò ne quidem domino permissum est tanta animalium suorum copia grauare vicanalia pascua, vt alijs rusticorũ animalibus non sufficiant, *Bertrandi cons. 37.Vol.1 cons.49.Albertus Brun.cons.37.Petrus Pitoeus d loco* prout nec etiam pascua ad aliam culturam conuertere aut alienare ei permissum est, *DD.iam citati.* Sed quid si dominus aut alius quispiam paucos habeat agros, multa vero habeat animalia, an conuicani qui abundant agrorum & animalium copia, indicere possint ei qui inopia laborat agrorum, vt animalia reducat ad iustum certumq; numerum pro modulo agrorum? Albericus censuit posse, *d.l.Imperatores.* qua de re etiam Chassanæus *ad cons Burg.§.13.§.3.fol.460.*

QVAESTIO LXXXII.

Ex confirmatione an probetur ius aduocatiæ. Et quid de inuestitura.

NEutiquam: Sed benè ex illius inuestitura seu constitutione: Quia confirmatio nihil iuris noui tribuit, sed ius quod ante constitutum est, explicat atque conseruat, *cap.1.& 2.cap.cum dilecti,de confir vtili vel inutili,Gail.lib.2.obs.1. Hieron.Schurff.consil.59.num.13.& seqq.cent.1,* idque etiamsi eiusmodi confirmatio à Pontifice seu Principe sub forma tamen communi emanaret, *ca.quia diuersitatem,vbi gl.verb.forma communi.de concess.præ.& Panor.ibid.& in d.cap.cum dilecti.*

Ratio est, quia qui confirmat nihil noui dat, *l.sed quia, ibi DD.ff. de Iurisdictione om.iud.l si donata,§ si sponsus.ff.de donat.inter vir.& vxorem,gloss.l.ex verbis,vbi Baldus & Salic.de donat.inter vir.& vxorem* nisi vt iam dixi, Princeps in forma non communi, hoc est, nisi causa cognita confirmaret, *gloss.& DD.d.cap.quia diuersitatem,& d.cap*

d.cap.cum dilecti. Quid autem si ex certa scientia, motu proprio, adhibitisque prægnantibus illis clausulis quæ sunt insignis & peculiaris energiæ? vide plenius, apud Doctores iam laudatos. Omnis itaque Aduocatiæ status, ab illius inuestitura dependebit, *Bald. in præludijs feudorum. nu.* 47. *Card Mantica, de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 23. *tit.* 19. *nu.* 1. *& seqq.* & quidem ab inuestitura priore, quã ne quidem Dominus in præiudicium eorum qui in ea denominantur immutare potest. *Latè Mantica d. lib.* 23. *tit.* 20. *num.* 1. *& seqq.* Regulandæque sunt omnes sequentes à prima, velut exemplar à suo archetypo; Vti de fœminis in prima inuestitura comprehensis, quæ excludi non possunt, licet posteriores inuestituræ de eis non faciant mentionem, nulla etiam obstante præscriptione, eleganter docet Cardinal. Mantica, *d. lib.* 23. *tit.* 15. *num.* 14. *& seqq. & acute, tit.* 21. *num.* 1. *& seqq.*

QVÆSTIO LXXXIII.

Quid si aduocatiarum inuestituræ discrepent?

SIcuti omnis feudi lex ex illius inuestitura dignoscitur, *cap.* 1. *in fin. vbi Bald. de duobus fratrib. à capitaneo inuestitis, Bal. in præludiis feudorum, in* 4. *dist. vers porrò, & in l.* 1. *vers. sed si quis, C. de latin. lib. toll. Zasius de feudis par.* 6. *num.* 17. ita etsi in inuestituris aduocatiæ, quædam discrepantiæ temporis successu irrepant; ad primam & originalem si extet semper est collineandum, vti in hac aduocatiarum materia latè respondit Card. Zabarella *consil.* 123. idque etiam inter multos ostendit Minsingerus, *lib.* 2. *obs.* 94. *Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus, lib.* 23. *tit.* 8. *num.* 8. nec enim primæ inuestituræ tenor in tertij præiudicium variari immutarique potest, *Zas. d. part.* 6. *num.* 16. *Bald. l.* 1. *col. pen C. quando non pet. partes pet. accrescant.* quippe quod prima inuestitura radix sit & aliarum inuestiturarum sequentium fundamentum, *Bald. cap.* 1. §. 1. *de feudo guardiæ, latè Decius cons.* 173. *col.* 2. *Zas. d. num.* 16. ad cuius instar & similitudinem aliæ posteriores inuestituræ non poterunt non referri, *Cardin. d. cons.* 123. quæ proinde eodem iure censeri debent quo prima, *Card. d. cons.* 123. etiamsi in posterioribus adijcerentur clausulæ aliquæ particulares, inter quas Minsingerus *d. obs.* 94. refert hanc (*Confirmamus & de nouo concedimus*) Quæ dicantur, ad instar, copiosius scripsi in meo tractatu de Iurisdictione ordinarij in exemptos, *lib.* 1. *quæst.* 17. *nume.* 17. Quod cum obtineat in antiquis feudis, hoc est, paternis & quæ à maioribus procedunt, ita & in aduocatijs quæ à maioribus descendunt obtinere dicendum est. Semper enim est ad inuestituram maiorum collineandum; secus autem si de feudo nouo, aut quod perinde est, quod originem habet in persona inuestiti, seu quod à progenitorum

QVAESTIO LXXIII.

Frater an possit sororem à prouisionali immissione in possessionem aduocatiæ excludere: Qualiterque & quousque Aduocatiæ bona sint extendenda vel restringenda.

1 VT paucis quid sentiam explicem, distinguendum censeo, Num liquide constet aut non constet, rem esse aduocatialem. Si enim liquide constet, filia immitti non poterit: Si vero non constet nec incontinenti probatio, prout de iure offeratur, immitti poterit, *cap. 1. §. inter filiam, si de feudo defuncti controuers. gloss. cap. 1. verb. item sciendum, de controuersia inter masculum & filiam. Alex. l. vlt. circa finem, C de edicto Dini Adriani tollendo, Ioan. Andr. in add. ad Spec de Testamentis, §. pen. in fine, Decius consl 527. num. 8. & consil. 22. Albert. Brunus consil. 2. num. 1. Sosad. consil. 7 num. 13. Bald. cap. 1. num. 3 & 5. de feudi successione. Paris. consil. 22. nume. 53. Vol* 1. & ita præiudicijs Cameræ Imperialis decisum refert Minsingerus, *cent. 5. obs. 25. Rosendal de feudis cap. 7. concl. 50. num. 51.* extatque ea de re solemnis decisio in nouissima compilatione votorum Imperialis Cameræ, *tom. 1. Voto 6. par. 1. tit. 7.*
2 *de litigiosa possessione* Fundatur porrò hæc decisio in iuris præsumptione militante pro filia. Nimirum quod omnia bona præsumi debeant allodialia, & non aduocatialia siue feudalia, *cap. 1. & ibi gloss. de Controuersia inter masculum & fœminam, Alexand. consl. 129. lib. 1. Afflictus dec. 257. num. 4. Latè Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionib. lib. 23. tit. 4. num. 2.* Vt proinde filia iudicis officio implorato vtili etiam interdicto quorum bonorum, in possessionem bonorum im-
3 mitti possit donec in petitorio de qualitate feudalitatis, seu vt ita loquar aduocatialitatis sit cognitum, *Baldus d. cap. 1. num. 3. & 5. de feudi successione, Paris. consil. 22. num. 53. Vol. 1 VVesemb. consil. 1. num. 34. & 36. Menochius de adipiscenda possess. Rem. 1. num. 44. Latè Card. Mantica d. lib. 23. tit. 4. num. 2. & seqq.* quippe quod ex-
4 ceptio feudalitatis seu quod perinde est aduocatialitatis, longioris indaginis fiduciariam immissionem interdicti quorum bonorum remouere non possit, *Menocb. de adipisc. poss. Rem. 1. quæst 30. num. 108. & seqq.* Quam ego conclusionem amplio & etiam extendo ad ea bona quæ sita & constituta sunt intra fines castri aduocatialis siue feudalis: Neque enim recepta est eorum opinio qui censent,
5 omne id feudale esse quod intra fines feudi est constitutum, *Afflictus cap. 1. de Cōtrouersia inter masculum & fœminam. Bellon. consil. 10. num. 11. Afflictus decis. 214. Iu-*
6 *lius Clarus verb. Feudum. quæst. 18.* Amplio 2. etiamsi inuestitura esset generalis. Scilicet cum pratis, terris, siluis & pertinentijs ac appendicibus. Inde enim non sequitur,

quitur, particularia bona esse feudalia, nisi præterea probetur fuisse tempore inuestituræ atque releuij de pertinentijs feudi aduocatialis, *Ruinus consil. 1. num. 2. & 23. Natta consil. 514. num. 4. & seqq. consil. 521. num. 5. Crauet. consil. 14. numer 9. consil. 253. num. 7. Roland à Valle consil. 82. numer. 11. vbi testatur de communi lib. 2. & consil 98. num. 16. & 25. lib. 3. Decius consil. 33. num 53. Menoch. lib 3 præsumpt. 101. num. 6 & 7. Card Mantica d. lib. 23. tit 6. per tot.* Amplio 3. Etiamsi inuestiturarum releuiorumque verba essent prægnantissima, vtputa de Iurisdictione & dominio, cum pratis, prædijs, nemoribus, & alijs iuribus & pertinentijs seu appendicibus, *Natta d. consil. 514. num. 29. consil. 313. per tot. Ruinus d. consil 1. Bossius in suo tractatu Criminali tit. de Principe num. 253.* Eo enim non obstante probari debebit sigillatim atque limitate qualitas feudalitatis bonorum, *Cardinalis Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 23. tit. 6. num. 11. & seqq. vbi fusissime, & lib. 14. tit. 14. de Ambigua castri venditione, num. 38.* Estque hæc opinio à Rotæ Romanæ auditorio confirmata in vna Astensi de Solario, 27. Aprilis 1584. coram bonæ memoriæ Bubalo, & nouissimè in vna Leodiensis hæreditatis 13. Decembris 1617. coram Reuerendissimo Buratto inter Dominos Dans, & Dominos de Slymes, vbi in indiuiduo dicitur, quod verba releuiorum, in quibus fiebat mentio de castro cum omnibus illius terris, pratis, siluis, reditibus, pertinentijs & appendicibus, non probare feudalitatem bonorum particularium, sed requiri specialem probationem corporis de quo disceptatur, *Alexand. consil. 55. nu. 19. lib. 4 Natta consil. 313. Surdus consil. 135.* Amplio 4. Vt ne quidem feudalitas probetur ex possessione primogeniorum, nisi de certis verbis probatur possessionis continuatio iure primogenituræ, & tanquam de feudo aduocatiæ facta, *Gail. lib. 2. obs. 154. num. 3.* Argumentum enim à nudâ possessione desumptum fragile est, atque fidei lubricæ, *Natta d. consil 514. num. fin DD l. naturaliter, §. nihil commune, ff de acq. poss.* Amplio 5. Vt eiusmodi disquisitio, Num bona sint aduocatialia siue feudalia, agitari discutique possit coram Officiali Leodiensi Iudice ecclesiastico. Quando enim qualitas feudalis reuocatur in dubium, cognitio eius non ad Pares Curiæ, sed iudicem ordinarium spectare potest, *Minsing. cent. 5. obs. 75. n. 3. & 6. cent. 1. obs. 99 Gail. lib. 2 obs. 156. num. 2.* Quæro pro huius quæstionis coronide, Num feuda in dubio præsumantur hæreditaria, vel ex pacto & prouidentia? Breuiter respondeo, ex pacto & prouidentia potius præsumenda esse, quam hæreditaria. *Farinac. dec. 127. num. 11. par. 1. dec. 256. num. 11. par. 2 dec. 362. par. 2. ca. 1. §. ad filias, de success. fratr.* à qua specie feudorum cum pacto & prouidentia fœminæ non excluduntur, *Farinac. d. dec 362. nu. 2. & 3.* vt nec à successione feudorum, in quibus seruitium personale non requiritur: cum satis sit si seruitium per substitutum præstari posit, *Cardin. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib. lib. 23. tit. 15. num. 62. vers. 17. casu, Farinac. d. dec. 362. num. 3,* eoque ipso quod fœminæ feu-

7 8 9 10 11

næ feudum conceditur censetur concessa facultas seruiendi per substitutum, *Menoch. d. consil 65. num. 70.* Cui tamen quæstioni adijcio micam salis, de qua in quæstione 86. Cui pro auctario, adijcio Archimedeum problema: Quid si fœmina sit ad feudalem Aduocatiam admissa, num superueniente masculo excludetur? videri poterit Rotul. decisio apud Prosperum Farinaceum 155. *par. 1.* cum Doctoribus ab eo laudatis. *Iulius Clarus de feudis, quæst.* 80. *Schraderus de feudis par. 2. cap. 4. num. 82. par. 7. capit. 4. numer. 61. Facbineus Controu. Iuris, lib. 7. cap. 41. Consilium Baldi 137. lib. 2. à sexdecim I.C. subscriptum. Castrens. consil. 176. num. 2. par. 1. Cardinal. Mantica de Coniect. vltim. volunt. l. b. 8. titul. 18. numer. 6. capit. 1. vbi gloss. & omnes Feudistæ, de natura successionis Feudi, Tiraquell. de Primogenit. quæst. 12. Albertus Brunus, de statutis excludent. fœminas. Vol. Occ. 7.* Articulusque hic est diffusior, quàm vt in præsentia attingi, & huc de locis ordinarijs trahi debeat.

QVAESTIO LXXIV.

Emendæ qualiter inter hæredes aduocati, & successorem in aduocatia diuidantur.

SVMMARIVM.

1 *Emenda an sint debita ante sententiam.*

2 *Emenda & multa sunt fructus iurisdictionis.*

3 *Pœna ipso iure incursa debetur, etiamsi sententia feratur post mortem alterius.*

4 *Sententiæ tempus quando sit inspiciendum.*

5 *Fructus iurisdictionis an debeantur ex causa onerosa vel lucratiua multum differt.*

6 *Emendas diuidi debere pro rata inter diuersæ speciei successores, non videtur à iure alienum.*

1 Disputationis plena est hæc quæstiò: Nonnullis enim placuit, emendas siue mulctas adiudicandas soluendasque hæredibus eius quo viuente delictum fuit commissum; quasi eo tempore, ius ad eas percipiendas aduocato fuerit acquisitum,

quisitum, *DD. l. diuortio, ff. solut. matrim. Tiraquell. de Retr. Conuent. §. 4. gloss 4. num. 19. Boer. dec. 5. numer. 20.* quod ius aduocatus transmittit ad suos hæredes, *tot. titul. C. Vt actiones ab hæredibus.* Alijs autem aliter visum est: Nimirum mulctas seu emendas non deberi nisi ei aduocato cuius tempore sententia inflictoria mulctæ fertur, quippe quod emendæ & mulctæ sint fructus iurisdictionis, *Bald. & DD. l. final ff. solut. matrim. Baldus l. 1. numer. 16. C. de fructibus & litium expensis & in l. 2. vbi Castrens. C. de Episcop. audientia, Molina de primogeniis libro primo capit. 25. numer. 22.* qui ante condemnationem seu adiudicationem non percepti, sed velut seminati videantur, vt proinde ante sententiam nullum ius aduocato quæri videatur, sed ei cuius tempore sententia fertur mulctæ condemnatoria, *Bald. l. final. numer. 9. C. de fructib. & lit. expensis Rebuff l. 3. C. de suscep. lib. 10. Guido decis. 535. Tiraquell. de Retr. conu. §. 5. gl. 4. num. 21 Bertrand. consil. 214. lib. 2. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss 1. num. 52. & in add. ad Alexand. consil. 7. litera B lib. 3.* 2

Quod restringo primo; Nisi pœna sit ipso iuris incursa alio viuente: tunc enim sententiæ post mortem alterius latæ ratio non haberetur, *Rebuff. dict. l. 3. Bertr. d. consil. 214. Tiraquell. d. numer. 24.* Restringo secundo, Nisi condemnatio facta fuisset tempore primi, aut etiam in causa conclusum fuisset, *Baldus d. l. final. numer. 12. Molina de Primogeniis, libr. 3. capit. 11. numer. 23.* Tempore vero secundi, de executione quæstio verteretur: Nam tunc tempus sententiæ esset inspiciendum, etiamsi postea per appellationem fuisset confirmata, *Boer. d. decis. 5. numer. 20. Molinæus in d. add. ad Alexand.* Cum distinctione an eiusmodi iurisdictionis fructus ex causa onerosa debeantur vel ex causa lucratiua, vt si ex causa onerosa, primo; si ex lucratiua, secundo debeantur, *Alexand. d. loc. diuortio, §. si vir. numer. 11 Tiraquell. d. loco numer. 25. Iason l. more maiorum, numer. 25. ff. de iurisdictione omn. Iud. Boer. d. decis. 5. numer. 24.* quamuis distinctioni huic refragetur Molina *d. libr. 3. capit. 11. num. 22.* Vt nec antecedentem theoriam amplectitur: Mauult enim indistincte diuidi pro rata eiusmodi emendas inter vltimi aduocati hæredes; & alium in ipsa aduocatia successorem. Et ita huic quæstioni à feudis ad aduocatias, quæ etiam feuda sunt, ratiocinando finem impono. *Molina de Primogeniis libr. 1. capit. 1. numer. 29. & 30. Feudista ad tit. de feudo Guardia.* 3 4 5 6

QVAESTIO LXXV.

An successor in aduocatia æs alienum à defuncto contractum soluere teneatur.

SVMMARIVM

1 *Distinctio inter Aduocatiam hæreditariam, & cum pacto & prouidentia, & vtriusque descriptio.*

1 Distinguendum est, vtrum aduocatia origine sua sit ex pacto & prouidentia, an vero sit hæreditaria. Concessio ex pacto & prouidentia dicitur, quæ facta est pro se & liberis: Talisque concessio descendit proprio sanguinis iure ex pacto & legis prouidentia, non iudicio testatoris, vel beneficio defuncti, sed primi acquirentis, cui eiusmodi concessio facta est, *cap. 1. an agnatus vel filius, vbi Bald. num. 8. Aluar. num 9. Zasius de feudis par. 8. nume. 6. Gail lib. 2. obs. 154. num. 1. & seqq.* Hæreditaria vero dicitur aduocatia si concessa sit pro se & suis hæredibus, vel si simpliciter concessa sit nulla hæredum facta mentione aut filiorum, quia tunc in dubio hæreditaria præsumetur, *Bald. d. cap. 1 & cap. 1. de duob. fratrib. à capit. inuest. Zas. d. par. 8. num. 6.* Itaque dicendum quod hæres seu successor in aduocatia ex pacto & prouidentia non teneatur ad æs alienum prædefuncti aduocati: potest enim allodialia repudiare, & talia feuda ab ære alieno libera retinere, *Gail. d. obs. 154. num. 2. & seqq.* quippe quod in successione feudi istius speciei proximitas non consideretur respectu personæ à qua feudum vacat, sed à qua illud incipit, considerata origine, principio & stipite iure contractus primi acquirentis, *Paris. cons. 65. num. 56. cum seqq Vol. 3 Gail d obs. 154. num. 3.* ideoque vltimus agnatus semper censetur primi acquirentis successor, etiamsi feudum per mille manus ambulauerit, *cap. 1. in fin de feudi success cap. 1. §. 1. de feudo marchiæ. Zas. d. par. 8 num. 5.* Proinde successore in tali aduocatiæ specie conuento pro solutione æris alieni, liceret ei exceptionem proponere intentionis non fundatæ; Tibi aduersus me competit actio, quia non sum hæres hæreditatis sed sanguinis, seu ad feudum non veni hæreditario iure sed proprio, *l. sed & si fit, §. fin. ff. de leg. 1. Alexand. consil 19. num. 6. Vol. 5.* At vero in successore aduocatiæ hæreditariæ dicendum est teneri pro illius rata ad æs alienum, etiamsi feudum illud sit antiquum vel nouum, *Gail. d. obs 154. num. 10.* Tum quia successor respectu eiusmodi feudi censetur defunctum repræsentare; tum quia repudiatis alijs bonis non po-

teſt

test eiusmodi speciei feudum retinere, *D.D. cap. 1. an agnati vel filij*. Hinc est quod eiusmodi hæreditaria feuda regulentur ad instar hæreditatis, possuntque prælegari ac sub fidei commisso comprehendi, in legitimum computari, *Gail d. obs. 154. num. 11 & seqq.* vbi copiosius & distinctius hæc explicat, prout & Lud. Molina *de Maioritat. tom. 3. tract. 2. disput. 640.*

QVAESTIO LXXVI.

Clientes an aduocatum vocari possint in ius sine venia.

SAEpe hactenus ostendi aduocatos, de quibus nobis hic est sermo, æquiparari defensoribus ciuitatum. Itaque sicuti defensores ciuitatum non possunt à ciuibus vocari in ius sine venia, *Ias. §. pœnales, num. 69. Inst. de act. Rom. l. qui in potestate, num. 4 C. de in ius vocando.* ita neque aduocati à suis clientibus, qui eis reuerentiæ iura debent adhibere, vt alijs huius tractatus locis ostendi. Neque refert, quod nominatim aduocati non recenseantur inter personas quæ in ius sine venia vocari nequeunt: Quia in materia quantumcumque exorbiante fit extensio ad casum proprium & improprium significatum vrbanitatis & honestatis seruandæ gratia, *Ias. d. §. pœnales, num. 55.* Nam & in pœnalibus de similibus ad similia procedi potest, *Zasius de feudis par. 12. num. 373.* Confirmatur, quia in diffinitione aduocatiarum alijsque in locis ostendi, aduocatiam esse dignitatem, quæ ideo sine correlatione clientum, à quibus dignanda est, esse non potest. *Præses loco à correlatiuis. Ioan Baptist. à S. Blasio. tract. de correlat.* Proindeq; bonis moribus non conuenit, vt clientes eum quem dignari debent, in ius sine venia euocent; Veluti de clientibus in patronum, Nepotibus in patruum vel amitam, *Dec. l. qui in potestate, num. 7. C. de in ius voc.* Ciuibus in defensores ciuitatum, quibus aduocatos æquiparari ante scripsimus, latè tradit Iason *d. § pœnales, num. 69. Quod vestem.* Nisi aduocati aliquid committant ex quo sua debeant aduocatia priuari, *Zasius l. in ius, §. patronum, num. 11 ff. de in ius vocando, l. intestato, § si quis ff. de suis & legit.*

QVAEST. LXXVII.

Aduocatus an clientem suum accusare possit.

IAcobus Cuiacius censuit, non posse, *de feudis lib. 2. tit. 6. de forma fidelitatis, fol. 134. & 135.* idque certis quibusdam casibus exceptis, quos ab eodem Cuiacio petere:

petere poteris, Alij vero censuerunt posse, *Petrus Gregorij de Republica, lib. 13. cap. 1. num. 27. cap. Petrus, 11 quaest. 1. cap. nec liceat, dist 17. cap. placuit, cap. vt quisque, 11. quaest. 1.* Nam Pontifex permittit eiusmodi accusationé fieri gradatim, primo quidem coram Episcopo, deinde eo negligente coram Metropolitano, & tandem coram rege, *cap. filij 16 quaest. 7.* interest enim Reipublicæ peccata nocentium detegi *l. eum qui nocentem. ff. de Iniurijs.* quod tamen ego modifico & tempero iisdem limitationibus, quibus vsum inueni Franciscum Curtium, *de feudis part. 4. num. 62. & seqq.*

QVAESTIO LXXVIII.

Aduocato an detur aduersus clientem actio famosa.

RESpondeo non dari, *Bald. cap. imperialem, cap. fin. num. 15. de prohibit. feudi alienat. per Feder. Fel. cap. caeterum, num. 15. de Iudicijs, Molin. ad conf. Par. tit. 1. §. 1. gloss. 4. num. 35.* idem censendum de alijs personis inter quas intercedit honoris & reuerentiæ necessitudo, vt est vasallus & Dominus, parochianus & parochus, nutriens & nutritus, libertus & patronus, *DD. l. iniquum, C. Qui accusare non poss. l. non debet ff. de dolo, l. sed si hac §. pen. ff. de in ius vocando.* Prohibitiones enim sunt reciprocæ, statutumque in vno correlatiuorum, censetur etiam statutum in alio, *cap. 1. Qualiter dominus proprietate priuetur, Curtius de feudis. par. 6. num. 1.* Implorare tamen cum interest poterit iudicis officium, *Bald. d. cap. imperialem, §. fin. num. 15.* aut certe actione in factum verbis temperanda erit actio famosa, *VVes. in paratit. ff. tit. de dolo, numer. 6. Molin. ad conf. Par. tit. 1. §. 1. gloss. 4. num. 42.* Dummodo tamen eiusmodi iudicis officium vel in factum actio facti atrocitatem aut fraudem non arguant, vel opinionem re ipsa suggillent, *l. 2. l. licet. ff. de obseq. à liber. & libert. l. 1. §. interdictū hoc, ff. de vi & vi armat. l. sed si hac, §. pen. ff de in ius voc. l. 2. C. de obsequijs.* Imò exceptio doli aut alia existimationē apud bones grauans obijci prohibetur nedum aduersus patronum, sed ne quidem ex eorum facto aduersus patroni hæredem, quia reuerentia tam viuo quam defuncto patrono debetur, *l. apud Celsum, §. aduersus, ff. de doli except. Molin. d. tit. 1. §. 1. num. 35.* quod iterum exaudiendum censeo adhibita salis mica, de qua iam Molinæus hic à nobis laudatus.

QVAE-

QVAESTIO LXXIX.

Aduocati an poterunt testimonium dicere aduersus clientes.

Cviacius, quem alia in quæstione in autoritatem adduxi, censuit non posse, certis quibusdam casibus exceptis, *de feudis lib. 2. tit. 6. de forma fidelitatis, fol. 135.* idque probat ex Halicarnassæo. idem concludit Aluarottus *de consuetudine recti feudi, §. similiter vasallus.* id limitans nisi iussus aut iudicis coactio excusaret: quem etiam sequitur Franciscus Curtius *de feudis par. 4. num. 71.* Nam si sponte testimonium diceret in accusatione mota clienti, non excusaretur, & ne sponte id fecisse censeatur opus est, vt excusationis causas afferat; quibus si non obstantibus iudex pergat, vrgeatque illius testimonium, excusandus est, *Curtius d. num. 71.* quod ego intellexerim, si in graui causa, ex qua graue dispendium clienti oriatur, id contingat, *Aluarot. cap. 1. § sed & qui, quæ fuerit prima caus. benef. amittendi, Curt. d. loco, num. 73. vers. quod intelligit.*

QVAESTIO LXXX.

Aduocati an aduersus suos clientes patrocinium suscipere possunt.

Sicuti aduocato seu causarum patrono quandoque iustitia causæ penitius inspecta licet mutato consilio ac (quod dicitur) conuerso velut publice in alterius partis patrocinium descendere, *Ias. l. edita, nu. 8. C. de eden.* ita & aduocatis, de quibus hic sermo est, licere videtur, præsertim quod aduocare seu defendere non sit nocere, inquit Panormitanus, *cap. fin. num. de postul.* Verùm existimo non licere, idque adinstar beneficiati, cui aduersus ecclesiam à qua beneficium habet non licet impune citra beneficij sui priuationem patrocinium suscipere, *Abb. cap. fin num. 11 de donat.* Vti nec vasallo aduersus suum dominum, *Abb. cap. fin. numer. 3. de postulando.* Nec vsquequaque verum est aut permissum, quod initio dixi, licere aduocato mutato consilio in contrariæ partis defensionem descendere, *Ias. d. l. edita, num. 8.* & certe si liceret, non deceret, iuxta iuris illud axioma, non omne quod licet decet, *l. non omne, de reg. iur.*

QVAE-

d.cap.cum dilecti. Quid autem si ex certa scientia, motu proprio, adhibitisque prægnantibus illis clausulis quæ sunt insignis & peculiaris energiæ? vide plenius, apud Doctores iam laudatos. Omnis itaque Aduocatiæ status, ab illius inuestitura dependebit, *Bald. in præludijs feudorum. nu.* 47. *Card Mantica, de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 23. *tit.* 19. *nu.* 1. *& seqq.* & quidem ab inuestitura priore, quã ne quidem Dominus in præiudicium eorum qui in ea denominantur immutare potest. *Latè Mantica d. lib.* 23. *tit.* 20. *num.* 1. *& seqq.* Regulandæque sunt omnes sequentes à prima, velut exemplar à suo archetypo; Vti de fœminis in prima inuestitura comprehensis, quæ excludi non possunt, licet posteriores inuestituræ de eis non faciant mentionem, nulla etiam obstante præscriptione, eleganter docet Cardinal. Mantica, *d. lib.* 23. *tit.* 15. *num.* 14. *& seqq. & acute, tit.* 21. *num.* 1. *& seqq.*

QVAESTIO LXXXIII.

Quid si aduocatiarum inuestituræ discrepent?

SIcuti omnis feudi lex ex illius inuestitura dignoscitur, *cap.* 1. *in fin. vbi Bald. de duobus fratrib. à capitaneo inuestitis, Bal. in præludiis feudorum, in* 4. *dist. vers. porrò, & in l.* 1. *vers. sed si quis, C. de latin. lib. toll. Zasius de feudis, par.* 6. *num.* 17. ita etsi in inuestituris aduocatiæ, quædam discreptantiæ temporis successu irrepant; ad primam & originalem si extet semper est collineandum, vti in hac aduocatiarum materia latè respondit Card. Zabarella *consil.* 123. idque etiam inter multos ostendit Minsingerus, *lib.* 1. *obs.* 94. *Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus, lib.* 23. *tit.* 8. *num.* 8. nec enim primæ inuestituræ tenor in tertij præiudicium variari immutarique potest, *Zas. d. part.* 6. *num.* 16. *Bald. l.* 1. *col. pen C. quando non pet. partes pet. accrescant*, quippe quod prima inuestitura radix sit & aliarum inuestiturarum sequentium fundamentum, *Bald. cap.* 1. §. 1. *de feudo guardiæ, latè Decius consil.* 173. *col.* 2. *Zas. d. num.* 16. ad cuius instar & similitudinem aliæ posteriores inuestituræ non poterunt non referri, *Cardin. d. cons.* 123. quæ proinde eodem iure censeri debent quo prima, *Card. d. cons.* 123. etiamsi in posterioribus adijcerentur clausulæ aliquæ particulares, inter quas Minsingerus *d. obs.* 94. refert hanc (*Confirmamus & de nouo concedimus*) Quæ dicantur, ad instar, copiosius scripsi in meo tractatu de Iurisdictione ordinarij in exemptos, *lib.* 1. *quæst.* 17. *nume.* 17. Quod cum obtineat in antiquis feudis, hoc est, paternis & quæ à maioribus procedunt, ita & in aduocatijs quæ à maioribus descendunt obtinere dicendum est. Semper enim est ad inuestituram maiorum collineandum; secus autem si de feudo nouo, aut quod perinde est, quod originem habet in persona inuestiti, seu quod à progenitorum

succeſsione non prouenit, quæſtio ſit, *capit. quot teſtes ſunt neceſſarij*, *Zaſius de feudis, part. 2. num. 128. Minſing. d. obſer. 94.* Noui enim feudi aut aduocatiæ inueſtitura nihil perpetui habet, ſed iuxta pacta & conuentiones variat, *Zaſius d. par. 6. numer. 16.* adeo vt poſteriores prioribus derogent, *l. pacti nouiſsima, vbi Alciat. C. de pactis*, in iiſq; vt eſt prouerbium, alius de alio iudicat, dies poſterior de omnibus. Quid autem ſi inueſtituræ nouæ referantur ad antiquiores de quibus non apparet, & ſexcentas ſimiles quæſtiones, vide apud Laurentium Siluanum *6. tractat. de feudi recognitione, quaſtio. 31. & ſeqq.* & examuſsim hanc materiam dilucide docteq; diſcutientem Cardinalem Manticam, *de tacitis & ambiguis conuentionibus par. 2. lib. 23. tit. 19. num. 43. & ſeqq. & tit. 20. per tot. item tit. 21.* Quibus locis diſcuſſum inuenies quid iuris ſtatuendum ſit cum poſteriores inueſtituræ à prioribus diſcrepant, & quemadmodum poſteriores inueſtituræ à prioribus congruam recipiant interpretationem.

QVAESTIO LXXXIV.

Recognitio aduocatiæ quid iuris tribuat.

RECognitio regulariter non plus confert iuris quam ante recognitionem competierit, *capit. 1. vbi DD. per quos fiat inueſtitura*, *Baldus capit. 1. de feudo guardia, Rebuff. ad ordin. regias tit de conſtitut. Redit. articul. 2. gloſſ. vnica, numer. 4. & ſeqq.* Vnde fit, vt ex ſola recognitione ſine aliis adminiculis ius aduocatiæ non tribuatur, *argum. l. litibus, C. de agricol. & cenſitis, lib. 10. l. final. ff. de contr. empt. l. traditionibus, C. de pact. Rebuff. d. loco. cap. peruenit, vbi DD. de cenſibus. Alciat. de præſumpt. Reg. 3. præſ. 21.* licet ex eiuſmodi recognitionibus probatio inducatur eius qualitatis, *Menoch. lib. 3. præſ 101. Bartol. l. ſi aliquam rem, ff. de acq. poſſ. Decian. Reſp. 83. numer. 42. Vol. 4. Alciat. conſil. 6 num. 7. Vol. 6.* dummodo tamen opinione nonnullorum adſint vt minus duæ recognitiones, aut alia adminicula vnam adiuuantia, *l. cum ſcimus, C. de agricol & cenſ. lib. 10. Rebuff. d. loco*, alioquin ſi ſecus facta ſit, aut ſi aliter quam conſueuit concepta ſit, non noceret, ſed erronea præſumeretur, *Iacob. tract. de feudis, verb. diſtique vaſallis, col. 5 verſ item, Rebuff. d. loco. Laurentius Siluanus, de feudi recognitione, quaſt. 34. Cardinal, conſil. 62. in fine.*

QVAE-

QVAESTIO LXXXV.

Quid si renouatio relatiua sit ad antiquas de quibus non constet.

DIstinguendi sunt hi casus; Primus, Si recognitio sit generica de ijs quæ maiores eius tenuerunt, nec constet de alijs inuestituris, nec de quibus bonis, talis recognitio, vti incerta & confusa nullius erit momenti, *l. 3. §. incertam. l. locus, l. si quis fundum ff. de acq. poss. l. legaui ff. de lib. leg. l. si sic. §. si mihi. ff. de leg. vbi aggregatim Doctores, Bald. cap. 1. de feudo guardia*

Secundus. Recognitio specifica de certa re in tali forma, sicuti ipse & eius maiores à tali possederunt, valida est, etiamsi de alijs concessionibus non constet, *argum. l. si donatio, C. de donat. l. ex hac scriptura, ff. eod. l. 1. C. de falsa causa adiecta legato.*

Tertius: Cum in dubio versamur, interpretatio desumenda est ex consuetudine regionis, *capit. cum dilectus, de consuetud. l. si de interpretatione, l. minime. ff. de Legibus. Afflictus, capit. 1. numer. 1. vers. Tertia limitatio est de Controu. inter masculum & fœminam de benef. Cardinal. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 23. tit. 8. num. 9.* quod etiam de consuetudine vicinorum circumcolentium est exaudiendum, *Afflictus decis. 248 num. 48. Crauet consil. 206. numer. 14. & consil 258. num. 8. vers. Rursus, Mantica d. num. 9. & tit. 10. num. 43.*

Quartus: Agens ad feudi Aduocatialis successionem duo præcipue probare debet, Primum scilicet inuestituram, deinde quod sit de descendentibus à primo stipite, *Paris. consil. 3. numer 14 lib. 1. & consil 14. numer. 3. eod. lib. latè Farinac. decis. 127 par. 1. Gail. libr. 2. obseruat. 149. num. 6.* attendique debet primus stipes, *Gail. d. obser. 149.* & prima inuestitura, qua non apparente considerand a erit inuestitura secunda, quæ præsumetur facta secundum tenorem primæ, *Schrad. de feudis par. 6. cap. 6 num. 5. Farinac. d. decis. 127. num 8.* Alioquin confessionis exiguus erit effectus, vtpote quæ relatiue ad inuestituram non existentem erronea præsumatur, eritque semper reuocabilis, vti coram Orano decisum refert Farinaceus *d. dec. 27 num. 10. par. 1 Surdus dec. 130. num. 1. & seqq. Paris. cons. 72. nu. 52. lib. 1 cons. 133. num. 5. & 12. lib. 4.*

QVAESTIO LXXXVI.

Quid si de aduocatia constet, at vero de illius institutione aut inuestitura non constet, cuiusmodi erunt iudicis partes?

INprimis velut ad scopum semper est ad inuestituram aduocatiæ collineandũ, illiusque tenor inspiciendus, qui plerumque iuri feudorum solet derogare, *Bald cap. 1. §. denique, tit. quæ fuit prima causa beneficij amittendi; Laudens. cap. 1. qui feudum dare possunt, Franciscus Curtius de feudis par. 1. quest 6. nume. 29. Bald. cap. 1. de duobus fratribus à capitaneo, verb. tenorem inuestituræ, num. 3.* Deinde si de inuestitura non liqueat, recurrendum erit ad patriæ consuetudines & præscriptiones, etiam vicinorum locorum, *Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib lib. 23. tit. 8. num. 9. cap. solita, de censibus cap. cum olim, de cens. Castrens. cons 310. numer. 1. par. 1. Abb. d. cap. cum olim, num. 7. Rochus, de consuet. num. 540. latè Prases in locis legalib. loco à contrario sensu vers. tertio quaro, Mathesilanus tract. de electione verioris opinionis, per tot. Nauarrus in manuali, cap. 27 num. 287.* omnis enim actus interpretationem accipere debet à consuetudine patriæ, etiamsi id quod consuetum est non sit in aliquo actu expressum, *l. nummis, l liberorum, §. quod tamen ff. de leg. 3 l si seruus plurium, §. 1 ff de leg. 1. latè Ias. l. vt liberi, num. 7. cum seqq. C. de collat. Fel cap. cum M. numer. 7. de constit. Lud. Molin. de Primogenit. lib. 1 cap. 3. num. 2. & 3.* Hinc fit, vt aduocatiæ de quarum origine non liquebit, tales esse censeri iudicariq; debeant quales patriæ consuetudine esse solent, vti latius in non absimili primogeniorum materia probat latè Ludouicus de Molina, *d. lib. 1. cap. 3. num. 2. & seqq.* debet autem consuetudo esse non modo rationabilis, *Nauar. in manuali d. cap. 27. num. 285.* sed & inuariabilis atque vniformis: nam si variabilis esset & difformis, eiusmodi interpretatio sumi non posset, iuxta prolixam theoriam Bartholi, *l. de quibus num. 16. ff. de Legib.* quam hic ne fusior sim non adfero. Consuetudo enim aut obseruantia æquiuoca interpretationi subseruire non potest, *Rota diuers. dec. 294. numer. 6 par. 2. Farinac. dec. Rota 366. num. 3.* & quando aliquid vario modo fuit obseruatum, recurrendum erit ad ius commune, *Rauennas de consuetud. num. 235.* Incertitudoque solet omnem actum & dispositionem vitiare, *l. cum duo, ff. de in diem addict. vbi gl. Hipp sing. 217. l. duo sunt Titÿ, ff. de Test. tut.* At vero si consuetudo aut præscriptio aliqua temporis non adsit, aduocatiæ interpretationem decisionemq; accipient à iure feudorum conscripto ab Oberto de Orto Mediolanensi, quod est ad instar iuris Ciuilis pro lege habendum, *Isernia de feudis in præludio quæst. Iacobus de Bellouisu cap. 1. §. fin. de his qui feudum dare possunt, Marant. de ord. Iud. par. 3. num. 84.*

Rursus si casus occurrens non reperiatur à iure feudorum decisus, recurrendum

dum erit ad dispositionem iuris Canonici, deinde iuris Ciuilis, ac demum rationes clasicorum Doctorum autoritatibus confirmatas, qua de re fusissime Præses Euerardi, *in locis legalibus loco à contrario sensu vers tertio quaro. post med. Marant. d. loco.* inter quos quod ad feudorum materiam decisionemque spectat, coryphæus est & primas autoritates gerit Iacobus de Bellouisu: Indeq; est vt in conflictu Doctorum præferenda sit ea opinio quam ipse amplexus inuenitur, *Ioannes de Imola cap. caterum, col 1. de Iudic.* vtpote qui octies libros feudorum publicè prælegens quæstiones ex ijs pullulantes curiosiùs inuestigarit, & æquiore lance perpenderit, *Marant. d. par. 3. nu.* 84. Sicuti enim (inquit Lipsius *fol. 9.*) In vno aliquo telo aut gladio multum interest, à qua manu veniat: sic in sententia vt penetret valde facit robustæ alicuius & receptæ autoritatis pondus, quę veteribus adest. Denique vti ante scripsi, ad vicinorum locorum consuetudines recurri poterit. Qui de interpretatione & decisione dubiæ qualiscumque quæstionis ampliorem theoriam, securioremq; animæ, in quod iudicibus semper est collineandum, desiderat, inueniet strictim apud Nauarrum *in Manuali confess. cap. 27. num. 285. tit. qua opinio sit eligenda.* & copiosius ante eum apud Matthæum Mathesilanum, *tract. de electione verioris opinionu per tot.* Conferuntque etiam huic quæstioni ea quæ superius scripsi; *quæst. 36. in principio, & etiam in fine eiusdem quæstionis.*

QVAESTIO LXXXVII.

Quid de iure ignis & fugæ, quod Leodienses *droit du feu & de la chasse* vocant.

SVMMARIVM

1 *Ius ignis & fugæ describitur.*
2 *Origo huius iuris.*
3 *Ratio huius iuris.*
4 *Praxis huius iuris.*
5 *In quos possit exerceri.*
6 *Non exercetur nisi constet de crimine, & num. 21.*
7 *Mobilia alio translata eripi nō possunt.*
8 *Meuble n'at poins de suitte.*
9 *Mobilia an exuri possint.*
10 *Quid si alius habeat ius in domo comburenda.*
11 *Quid si sit cum alio communis.*
12 *Pœna criminum sæpè ad alios extenduntur.*
13 *Executio hæc an fieri possit in dominijs inferiorum.*
14 *An in domibus ciuitatum aut franciſiarum.*
15 *Ciuitates ruinis deformari nō expedit.*
16 *Quid-*

16 *Quid de dominijs de Florinnes, Rochefort, Mauriame, Hierghes.*

17 *Compositio fieri nequit nisi prius pace cum eo cuius interest inita.*

18 *Compositio an noceat dominis inferioribus quorũ territorium fuit offensum.*

19 *Iurisdictio est in patrimonio, sicut asinus in dominio rustici.*

20 *Pœna criminales sunt fructus iurisdictionis.*

21 *Ius non exercetur in dominijs Capituli Ecclesiæ cathedralis Leodiensis.*

22 *Quid si datus sit saluusconductus.*

23 *Aduocatis non competit ius ignis & fuga.*

24 *Princeps est velut luminare maius.*

1 NOn est silentio inuoluendum ius hoc Regale Leodiensibus Principibus in vim supremæ potestatis competens, quo eis suarumve prouinciarum præfectis, quos satrapas, gubernatores, aut Balliuos vocant, à patriæ huius ordinibus in publicis comitijs Leodij anno 1316. celebratis concessum est, non modo perquirendi persequendiq; facinorosos per totam patriam, etiam in dominijs suorum inferiorum, ciuitatibus earumque francisijs exceptis, sed etiam facinorosorum latitātium, vel fugitiuorum mobilia omnia, ex eorum domicilijs eripiendi, domiciliaque eorundem comburendi.

2 Regale hoc ius profluxisse videtur à publicorum locorum excidijs, quæ ob quædam atrocia crimina deuastata, ad aratrumque redacta fuerunt, vti de Troia & Carthagine testatur Modestinus, & ibidem Accursius, *l. si vsufructus ciuitati, ff. quemad. vsufr. amitt.* id ipsum de priuatis etiam laribus eorũ qui atrocius quid

3 perpetrassent vt alij eorum exemplo deterrerentur, postea fuit certo fœdere inter Principem Leodiensem & suos ordines introductum, *argum. §. conuenticulis, verb. & domus eius destruatur, de pace iurament. firm. cap. fœlicis vers. dentur cuncta eius ædificia in ruinam. de pœnis in 6. Guiltel. Benedicti in Repet. cap. Raynutius verb. domum, num. 23. de Testam Ludouic. Molina de Primogenijs, lib. 4. quæst. 11. numer. 71 & seqq. Bartholom. Brixiensis dominicalium quæst. 44. Paris. de Puteo de Syndicatu, §. an iudex.*

4 Porrò vt, prouinciæ præfectus, Satrapa, Balliuus seu quisquis ille, cui Princeps munus hoc demādarit, id legitime exequatur, debet esse Argus qui centum fronte oculos, centum ceruice gerebat: ne dum ipse alterius prædæ studet, ipsemet in alterius casses & prædam incidat. Proinde ei erit à sequentibus cauendum.

5 Primo, Ne executionem exerceat nisi aduersus Homicidas, Incendiarios, Raptores, viarum insidiatores, latrones, Agriculturam impedientes, seu facinorosos, fœdere hoc inter principem & patriæ ordines comprehensos. Nam fulcitur fœdus istud pacto quod suis terminis debet circumscribi, *cap. 1. de pactis, Martius Garratus tract. de confœderationibus Principum.* scripti enim iuris ratio non patitur ordinarijs criminum ex causis ædificia demoliri, longe minus vt exuri Vulcano-

que

que committi possint, *l. oportet autem, verb. non enim sunt res quæ delinquunt, sed qui res possident, Auth. de mandatis principum, col. 4. Lud. Molina de Primogenijs Hispaniæ, lib. 4. cap. 11. per tot. signanter num. 72.*

Secundò ne digitum (quod aiunt) moueat, seu specie huius executionis vta- 6
tur, priusquā compertum ei sit de notorietate orta ex facto quod tergiuersatione celari non potest, confessione partis, aut sententia iudiciali; crimen subiectum huic executioni vere perpetratum fuisse, vti est explicatum par le patron de la temporalitè, alioquin enim redderet se succedaneum omnis damni quod innocenti intulisset; verbi gratia, si postea liqueret homicidium defensione tutelæ inculpatæ commissum fuisse, *DD. d. l. si bis, Bart. l. hactenus, §. 1 ff de aqua pluuia arc. & in l. 1. §. seruus, ff. ad S. C. Sillan. Paris. de Syndicat. §. an iudex, num. 1. in fine.*

Tertio: Ne mobilia eius qui reus est extra eius domicilium aliò translata per- 7
sequatur; Balliuus enim non habet ius ea persequendi: quia mobilium fragilis est possessio, *l. si rem mobilem, ff. de acq poss.* moribusque patriæ (à quibus statutariæ dispositiones interpretationem accipiunt, *l. 1. C. de noxalib. act.*) mobilia non habent sequelam pignoris, *Rebuff. l. plebs, § pignus ff de verb sign.* Seu, vt circumforaneo 8
axiomate fertur, Meuble n'a point de suite, *Rebuff. ibidem*, nec impedit mobilium obligatio liberam eorundem alienationem, *Negusant. de pignorib. 2 membro 2. partis, num. 23. Oct. 9. fol. 8.* Imò opinione quorundam eripi non poterunt mobilia, sed cum domo tantum exuri debebunt, vti per Adulphum Principem in calce 9
pacis de fexhe nonnulli existimant, quod mihi mirum est: quia si licet exurere, ergo longè magis eripere; quia cui licet quod plus est, licet etiam quod est minus, *cap. cui licet, de Reg. iur. in 6. cap. non debet cui ff eod.*

Quarto: Ne balliuus destruat aut exurat domum in qua alius habet ius, aut quæ 10
sit hypothecarijs creditoribus obnoxia, alioquin creditoribus damnum inde patientibus suumve consequi non valentibus manebit obnoxius, *l. res quæ ff. de Iure fisci, l. cum fisco, ad Sillanianum l. qui occidit ff. ad l. aquil. l. seruum, de pign. Paris. de Syndicatu, d. §. an Iudex Bartholom Brixiensis d quæst. 44. Bald l. 1. num. 1. C de pign. act. Ioan. Andreæ cap. fœlicis, de pœnis in 6. & etiam ad Spec. cit. de pœnis, Felinus consil. 40. num. 7. & 8 Molina de Primogenitura lib. 4. cap. 11. num. 75.* Sed quid si domus sit cum 11
alio communis? an possit exuri? sunt qui illud sub disputationis acumen reuocarint. Pro affirmante sententia adfertur, Reipublicę interesse vt delicta puniantur, vtilitatem autem publicam priuatæ præferri nemo est qui inficietur, *l. actione. 5. Labeo, ff pro socio l vtilitas publica, C. de primipilo, lib. 12. cap. scias 7. quæst 1. ca. quicumque, 12. quæst. 4.* Præterea non raro animaduertimus, pro peccato vnius to- 12
tam familiam plecti, *cap. non est nobis, de sponsalib. lib. cap. minor, in fin. 17. quæst 4.* pro delicto patris filium in seruitutem redigi, *capit. cum multo, 16 quæst. vlt. cap. ad abolendam, de filijs presbyter.* Signanter vero quod hoc in casu socius partem sui so-

 cij re-

cij redimere teneatur, possitque ita damnum illud excussionis euitare, *l. 1. C. de com. seruo manumis. l. etsi § fin. ff. com. diuid.*

At verò pro negante sententia stant rationes magis firmæ:

In primis vulgata iuris regula, non debet alteri per alterum iniqua conditio adferri, *l. non debet ff. de Reg. iur.* ne quidem in pœnarum inflictionibus, quas Deus alteri pro altero non infligit, ex quo peccata suos tenere debeant autores, *l. sancimus, de pœnis l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.* meliusque ideo sit facinus impunitum relinquere, quàm socium innocentem punire, *l. absentem. C. de pœnis*, malosque propter bonos tolerare, *capit. multi, 2. quæst. 1. cap. nolite recedere, 11. quæst. 3.* Hinc etiam Albericus tradit, *de statutis par. 3.* stante statuto, quod certis in quibusdam casibus terræ possint deuastari, non posse tamen deuastari in præiudicium colonorum, vti nec mariti bona in præiudicium dotis vxoriæ, nec pariter ius hoc ignis in præiudiciũ tertij exerceri, *Rota diuersorũ, dec. 717. par. 1. Laté Parif. de Syndicatu d. § an iudex, & Bartholom. Brixiensis, d. q. 44.*

13 Sed vtrùm Balliuus hanc executionem facere poterit in dominio inferiorum vasallorũ Principi subiectorum ijs irrequisitis, quæstio est. Si iuris scripti dispositionẽ inspiciamus, non poterit, *Amanellus de clarìs aquis sing. incip. textus est quod iudex regius, auth. de collatorib. § eos, Collat. 9. l. 2. C. de canone largit. lib. 10. l. 2. C. de his qui latron. occultar. l. à diuo Pio. ff de Re Iudic.* At verò si fœdus hoc inter principem & ordines patriæ ictum, poterit: Princeps enim fundatam habet iurisdictionẽ tam ciuilem quàm criminalem, per totum territorium, etiam inferiorum dominorum, *Andreas Knichen, de sublimi & regio territorij iure, cap. 4. nu. 356. Bald. in proœmio ff. nu. 25. Deci. Resp. 27. nu. 29. Latè S. brad. de feudis, sect. 10. num. 33. tit. 2. Vbertinus Sichardus, cons. 8. nu. 14. Peregrinus, de Fideicommissis, art. 33. num. 20. & idem de iure fisci, tit. habent iura fiscalia, num. 73.* & ita pridem à patriæ statibus in causa Domini de Rolé Hasbaniæ præfecti seu Balliui iudicatũ fuisse contra Dominum de Hollonio super Iecoram comperi.

14 Quinto, Cauendum identidem in regia hac executione à domibus ciuitatum, oppidorum eorumque franchiarum? tum quod ciuitatum oppidorumq; sum-

15 ptuosa ædificia non demoliri Reipublicæ bono intersit, *l. filiusfamilias, § . ad ff. de leg. 1.* ne vrbes ruinis ædificiorum deformentur, *l. fin. ff. ne quid in loco pub.* Tum quod ab hac executione ciuitates, oppida eorumque franhisiæ nominatim fœdere inter Principem & ordines patriæ icto eximantur: vti etiam anno 1536. præsidente Erardo à Marka fuit in comitijs declaratum. Eidemque executioni non subiacere censeo personas, aut loca exempta, de quibus sparsim scripsi, *tractatu de Iurisd. ord. in exemptos.* Personam enim aut locum esse exemptum, & esse extra territorium Regiæ huius executionis ignis & fugæ, paria sunt, *DD. cap. graue, de off. ordin.* extra quod proinde extendi non debet, *l. fin. ff. de iurisd. om. iud.*

16 Quid autem sentiẽdum de dominijs de Florinnes, Mauriaume, Hierghes, Rochefort,

chefort, quibus nonnulli libertatem dant ab hac executione, priuilegio Episcopi Leodiensis Adulphi de la Marche anno 1326. Martij 18. in quæstionem posset reuocari. Sed verius alijs visum fuit, episcopum non potuisse dominia ista hac executione liberare: Tum quod Episcopus renuntiando iuri iam radicato alienare censeatur, quod ei impermissum est, vti ex cornucopiæ auctorum ostendit Redoanus, *tract. de Reb. eccles. non alien.* Tum quod renuntiare sit donare & perdere, & ideò Princeps abdicando aut cedendo tale ius nihil agit, *DD. l. legatus, de offic. præsidis, in l. 1. & 2. ff. de offic. eius cui mandata est iurisd.* quippe quod ius hoc sit de regalibus, quod inferior sibi arrogare non potest, *tit. de pace iuram. firmanda*, à vasallisque etiam præscribi non possit, *cap. cum nō liceat, & ibi gloss. de præscript. l. competit, C. de praescr. 30. annorum.*

Sexto Cauendum etiam ne componat, aut crimen remittat, nisi prius pace 17
inter eos quorum primo interest composita, verbi gratia, cum ijs quibus ius vindictæ competit, *Farinac. in pract. crim. lib. 1. quæst. 5. num. 11.* Sed an compositio e- 18
iusmodi nocebit Dominis inferioribus, in quorum territorio crimen commissum fuit? Neutiquam: Quia iurisdictio competens dominis inferioribus censetur esse in eorum patrimonio, sicuti asinus in dominio rustici, *Petrus Iacobi, in praxi, Rubr. 63. de causis ex quibus vasallus quantum est de iure scripto debet amittere* 19
feudum, nu. 136. & pœnæ criminales inde dependentes, *Bald. l. fin. numer. 2. ff. solut. matr. vbi DD. & l. 11. num. 16. C. de fructibus & lit ex Molina de Primogenijs, lib. 1. cap. 25 num. 22.* quas Princeps aut Dominus superior eis auferre contrario actu non 20
potest, *l. id quod nostrum est ff. de reg. iur. Bald. l. fin ff solut. matrim. Petrus Iacobi in sua praxi tit. de conditione ex lege qua oritur ex litterarum obligatione, vers. 6. sententia fol. 55. §. si vero §. si super, Auth. Vt in medio litis. Coll 8. §. non valente. Auth. de defens. ciuit. col. 3.* proinde ratione territorij immediati quod etiam offensum est, criminosi dominis manebunt obnoxij.

Septimo: Ne ius hoc exerceatur, vti ante dixi, contra non iudicatos: iuri enim 21
repugnat criminosum nullum antecedente iudicio apprehendi, nisi in flagranti crimine deprehendatur, *Clarus lib. 5. § fin. quæst. 28. vers. dictum est, Farinacius in praxi Crim. lib. 1. quæst. 27. num. 8. Anton Gomesius var. resol tom. 3. cap. 9. num. 3.* aut nisi criminosi sint vagabundi & incerti domicilij, *Clarus d. § fin. quæst. 29. vers. cæterum.* Regalis enim hæc executio interpretationem sumit à iure, cui Princeps se obligare censetur, *l. digna vox, C. de legibus.*

Octauo. Ne illud exerceatur in dominijs Capituli & Ecclesię Cathedralis Leo- 22
diensis. Ex pacto enim, quod in libris chartarum Capituli asseruatur, ea sunt ab hac executione exempta. Est quo exemptio ista iuri scripto conformis, non posse scilicet superiorem in dominijs suorum vasallorum executionem facere, nisi vasallo prius requisito, *Amanellus de claris aquis sing. incip. textus est quod index regius.*

23 Nono: ne satrapa seu officiatus exerceat munus hoc si criminosus saluum habeat conductum à Principe: secus verò si ab inferiore: Quia nemo reseruati criminis reo talem commeatum & remeatum dare & ex prouincia in prouinciã reos traducere seu saluum conductum concedere, nisi Princeps potest, non etiã inferior potestas aut magistratus, *l. relegati, l. ad bestias*, § *1. de pœnis, Boerius dec. 179. Franciscus Marcus dec 68 nume. 8. par. 1. Menoch. de arb. Iud lib. 2. casu* 336. estq; hoc extra propositum, & velut parergos scriptum. Qui plura de litteris securitatis & saluo conductu curiosius legere appetet, habebit ex aliis *Blancus in pract. crim. § ignorantia, num. 189 & seqq Mandosius de sig. grat. Rubr. de saluo conductu, Baldus ca. 1. § Sacramento de pace iuram. firm Menochius cons. 166 lib. 1. DD. § neque autem homicidas, & ibi gloss. auth. de mandatis principum, Bart. l. non omnes, §. 1. de Re milit. Caguolus, l. cum eff. ctu ff de reg. iur. Afflictus dec. 4. & ibi Vrsillus, Peregrinus de iure fisci tit. 5. numer. 9. & plenissime apud Petrum Premum tract. de securitatibus & fide publica, quæst. 1. item Farinac. lib. 1. pract. Criminalis. quæst. 29.*

24 Et quidem his quæ elucidationis gratia Iuris huius Regij ignis & fugæ præmisi, dico nunc, quod sicuti ius hoc regale dominis inferioribus excepto Principe Leodiensi, cui illud est reseruatum hac in patria non competit, ita longè minus competere poterit Aduocatis: idque argumento à maiore ad minus, de quo Præses Euerardi in suis locis legalibus *loco à maiori ad minus*.

25 Deinde, Princeps est velut luminare maius, *ca. solitæ, de maior. & obed.* à quo in suos inferiores omnis iurisdictio, quæ eis cõpetit, emanat, *scripsi lib. 2. quæst. 5. numer. 8. de iurisd. ord. in exemptos*, ea solum excepta quæ est aut de iure regaliorum, *DD ad tit. quæ sint regalia*, vti alio in loco ostendimus: aut Principi aliquo, fœdere pacto alia ve dispositione speciali reseruata. Quæ quidem reseruatio exclusiua est & extinctiua Iurisdictionis alterius cuiuscumque, *scripsi d. lib. 2. quæst. 5. num. 9.*

Signanter porrò in exorbitantibus à iure communi, quale est ius ignis & fugæ, quæ non sunt extendenda, nec trahenda in consequentiam, *capit. quæ à iure, de reg. iur. in 6 cap. Odia, eod. tit. & vtrobique Doctores.*

QVAESTIO LXXXVIII.

Aduocatis an spolia defunctorum debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Spoliorum deriuatio.*
2 *Adscriptitij testari nequeunt sine consensu Domini.*
3 *Doctores qui de hoc iure tractant.*
4 *Beneficiati testari non possunt.*

1 *Aduo-*

5 *Aduocatis spolia non debentur.* 6 *Abbati Stabulensi debentur spolia.*

Dialectus spoliorum non fuit priscis Iurisconsultis cognita, sed à Neotericis 1
pro rerum nouarum significatione inuenta, *l. 2. §. si quid C. de veteri iure enucleando*, atque ab ipso vsu.

Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi, vsurpata hinc spoliorum nomine inoleuit vt bona à morientibus relicta, significarentur, eo quod morientes, vel inuiti, ab ipsa morte ijs spolientur, vel ipsimet moriens spôte se illis spolient, eaq; velut reliquias Cœnæ peractę circumstantibus relinquant, inquit Seneca *Epistol.* 78. similitudine ab anguibus, & stellionibus ducta, qui senectam vnà cum pelle exuunt, *Aristoteles lib.* 8 *anim. dium, capit.* 7. *Plinius, nat. hist. lib.* 8. *cap.* 31. *Cardinal. Paletus, de bono senectutis par.* 1 *fol.* 27. quorum ideò exuuiæ seu pelles latinè spolia nuncupantur. *Plinius d. cap.* 31. vnde illud Ouidij semistichium

———————— *Viperei spolium memorabile monstri*

Quo etiam nomine designari possunt Regalia illa Principibus in homines tali lege sibi adscriptos, competentia, vt testari nequeant ipsis nolentibus, vt morientium bona ipsis exasse, aut ex parte cedant, aliaque plura, quæ recensere esset extra hoc institutum de quibus profusè diuersis in locis Doctores permulti, quos laboriosum & tediosum esset hic referre. *Ioannes Federicus Husanus tract. de hominibus proprijs, Chassaneus ad consuetud. Burg. Rubr.* 9. *de mains mortes, per tot. Franciscus Zypaus Officialis Antuerpiensis in sua analysi postremi iuris Pontificij, lib.* 1. *tit. de electione num.* 3. *lib.* 3 *de Testamentis, nume.* 3. *Loyseau des Seigneuries, capit.* 1. *Boet. Ep. quæst. heroicarum lib.* 8. *Gutierrez pract. quæst lib.* 3. *quæst.* 13. *Pater Carolus Scribanus è Societate Iesu, in Historia Antuerpiensi, cap.* 5. *Petrus Matthæi, in septimo Decretalium, lib.* 2. *titul.* 14. *cap.* 1. *Couarr. capit. cum in offic. de testam Azorius institut. Moral. capit.* 5. *lib.* 13. Cùm igitur hodierno etiam iure videamus beneficiarios sine canonica autoritate, nisi priuilegiati sint, testari non posse, *Nauarr. de spolijs cleric.* §. 6. *numer.* 1. *Couar. Azorius & DD. iam citati*, multisque etiam in ditionibus Principes seculares idem ius sibi in laicos suos subditos, sibi vindicare, *Chassan. Fed Hussanus iam laudati* dubitauerit forsan quispiam, vtrum Aduocati eiusmodi spolia sibi possint arrogare. Breuiter respondeo, spolia specimen habere seruitutis, *latè Feder. Husan. de hominibus proprijs, capit.* 2. *& Chassan d. Rubr.* 9. *per tot.* vt proinde Aduocati, quorum potestatem odiosam restringendam quę hactenus sæpè admonui, spolia huiusmodi vsurpare magis nō possint quam alia Regalia, quæ eis nullo iure competere, superius ostendi, *quæstion.* 35. & 36.

2

3

4

5

Idque nisi per inuestituram de qua superius memini *quæst. 1. num. 10.* aut speciali iure Dominico talia iura Dominica in homines Glebæ suæ adscriptos haberent,
6 quale ius non qua Aduocatus sed qua Dominus supremus habere dicitur Abbas Stabulensis Sacri Romani Imperij Princeps, quod Idiomate vulgari nuncupatur (Histoux) Etymologia nominis mihi incognita, eiusque indago etiam ob Etymologiarum omnium Elenchos non nec. ssaria, *Præses in locis legal. loco ab Etymologia.* Satis est cum de iure illo controuerti non possit nihil referre quo nomine illud vsu vulgari, à quo rerum significationes pendent, indigitetur. Nam Horatio teste, *de arte Poetica,*

Multa renascentur quæ iam cecidere cadentq́, Quæ nunc sunt in honore vocabula si volet vsus Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi. Quæ iura cum non sint huius instituti, sitque etiam amplus de ijs scribēdi campus, alijs discutienda relinquo.

QVAESTIO LXXXIX.

An aduocatia amitti posit.

QVod feuda sint quædam quæ nulla ex causa amitti posint, refert Baldus in *cap. 1. n. 2. vers. aut quid sit ale sit feudum, tit. An mulier vel imperfectus;* Nihilominis tamen quam plures ex iure modi colliguntur quibus aduocatiæ amittuntur, vti subsequentibus quæstionibus videre est. Quæ tamen velut à norma & gnomone inuestiturarum Aduocatialium sunt regulandæ, *Bald. d. cap. 1. num. 5. vers. Finaliter igitur. An mutus vel imperfectus feudum retineat, & scripsi supra quæst. 36. num 13.*

QVAEST. XC.

An ob negligentiam aduocatiæ amittantur.

SVMMARIVM

1 *Negligentia amittuntur Aduocatia.* 2 *Negligentia non præsumitur.*

1 REspondetur, ob negligentiam in officio aduocatiæ commissam aduocatias amitti posse, *Ioan. de Platea ad l. Iudices, C. de annonis & tributis, lib 10. DD. l. mancipia, C. de ser. fugit. l. si quo, verb. negligentiam, C. de officio præfecti prætorio Orientalis.* Nam

Nam ob negligentiam amitti iurisdictionem atque superioritatis prærogatiuam, ostendi in Scholijs ad Concilium Lateranense Leonis X. quo etiam in loco tradidi, quibus modis probetur eiusmodi negligentia, & an quis in sui muneris functione censeri possit negligens antequam fuerit legitime requisitus vel interpellatus, *Schol.* 74. *& Schol* 75 Quibus addo, neglgentiam in dubio nō præsumi, 2
nisi ab eo cui aliquid præstandum est, protestatio fuerit interiecta, *l.* 1. *C. de suscep'orib. & archiatr. lib* 10 *Barthol. l. damni, §. Sabinus, ff. de damno infecto.* Itaque si aduocatus ad defensionem intra statutum tempus obligatus defensionem nō præstet, nihil est quod ei imputetur si is qui defendendus est semel vt minus non requirat, seu non protestetur, *Bart. l. Seia Titio, § v̄suras ff. de leg.* 2. *Ioan de Platea, d.l. iudices*, adhibita tamen distinctione quam alijs in locis huius tractatus recensui, *quæst* 29 30. 31. *&* 102. *& vide etiam Baldum cap. non cogitur, nume.* 2. *&* 3. *An ille qui interfecit fratrem Domini.*

QVAESTIO XCI.

Quid si aduocatus religionem ingrediatur.

SVMMARIVM.

1 *Feuda personalia amittuntur per religionis ingressum.*
2 *Opera vnius differt ab opera alterius.*
3 *Religiosi sunt capaces feudorum.*
4 *Moniales sunt capaces feudorum.*

Videtur quod per ingressum religionis aduocatia amittatur. Quippe quod aduocatus obstringatur seruituti defensionique personali, *§. fin quibus casibus feudum amittatur, cap. fin de beneficio fœmina, cap. si clericus, si de feudo controuersia fuerit.* quæ in Monasterium transire non potest, *Ioannes Raynaudus, in comprehensorio feudali, cap. Imperialem, § pœna nu.* 2. *de prohibita feudi alienat. per Federicum.* Signanter si personę aduocati industria electa sit: alia enim censetur opera vnius, alia alterius, *l. nemo est qui nesciat ff. de duobus reis Barthol. l. si finita, §. si de vectigalibus ff. de damno infecto, Ioannes Raynaudus loco iam laudato.* Deinde religiosi cum sint mortui mundo, *Auth ingressi, C de Sacrosanct. Eccles.* incapaces feudi esse censentur, *Curtius de feudis, par.* 3 *quæst.* 10. *numer.* 17. Signanter porrò feudi Aduocatiæ quod personale requirit seruitium, & incongruum quod in persona religiosi radicetur, *Franciscus Curtius d. par.* 3 *quæst.* 10 *num.* 22. *vers. Non obstant etiam. & numer.* 23: quamuis secus, si seruitium tantum reale præstandum esset, nimirum aliquid

annuum

annuum, DD. *cap. in præsentia, de probat.* *Curt. d. n.* 23. Nam tunc nō modo religiosi, sed etiam Moniales capaces sunt feudorum, & monasterium, ad præstandum iuramentum fidelitatis exire possunt, *cap. vnico* §. *Verum de statu reg. in* 6. *Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 23. *tit.* 16. *num.* 9.

QVAESTIO XCII.

An ob superuenientem inidoneitatem amittatur:

SVMMARIVM.

1 *Inhabilitate amittuntur Aduocatia.*

1 AMitti aduocatias propter superuenientem inidoneitatem seu insufficientiam aduocati, probari potest analogia eorum quæ tradunt diuersis in locis Doctores. *gloss. cap. fin. de Renuntiat. & l.* 2 *C. de profess. & medicis, l. sed & reprobari, ff. de excusat. tot. Ioan. de Platea l. iudices, C de annonis & tributis, lib.* 10. *supra quæst.* 68. *Tiraquellus, de Primogenitura quæst.* 23. *num.* 5. *& seqq.* Ratio est, quia omnis dispositio quantumcumq; generalis recipit interpretationē & restrictionem exhabilitate vel inhabilitate personæ, *l. vt gradatim*, § *& si ff. de munerib. & honor Præses loco à ratione legis stricta.* Sed quid si aduocatia reguletur iure feudi hæreditarij? Mihi nunc aqua hæret: Vide DD. iam laudatos & Andream Gail, *lib.* 2. *obs.* 154. *num.* 9. ac etiam Cardinalem Manticam, *de tacitis & ambiguis conuentionibus, par.* 2. *lib.* 23. *tit.* 10. *num.* 33. an inhabilitas præuenerit vel superuenerit distinguentem. Item an inhabilitas naturalis sit vel accidentalis, & addo Tiraq. *d. quæst.* 23. Cum alijs *d. quæst.* 68. allegatis: item an feudum sit quod poßit per substitutum, deseruiri qua de re vide plenè Baldum, *cap.* 1. *An mutus vel imperfectus*, vbi dicit materiam hanc esse disputationis dubitationisque plenam.

QVAESTIO XCIII.

Quid si se consuetudini non accommodent.

SI aduocati non fungantur officio prout laudabilis consuetudo exigit, priuari possunt, *Bald cap. item de feudo guardia, num.* 4. Quod intellige, si consuetudo sit bona: Consuetudo enim mala velut corruptela est reijcienda, vtpote quòd ea vires

res à temporis diuturnitate non accipiat, sed magis & magis iniquitatem adaugeat, *Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 23. tit. 19. nu. 28.* estque tunc magis Deo quam hominibus obediendum, *Actuum Apost. 5. post. med. vers. Respondens autem Petrus. & cap. Iulianus, cap. qui resistit. 31. quæst. 3.*

QVAESTIO XCIV.

An per infamiam.

PER infamiam etiam aduocatias amitti tradunt Doctores, *Laurentius Syluanus de feudi recognit. quæst.* 100 aduocatia enim est dignitas, inquit Cuiacius *lib. 5. de feudis, tit. de pace tenenda fol.* 303. cuius incapax est qui infamiæ labem incurrit, *l. 1. & 2. C. de dignit. lib. 12. l. improbum. C. ex quibus causis infam. irroget. Baldus cap. 1. num. 2. An ille qui interfecit fratrem domini.* vt & feudorum quæ districtum habent aut imperium, *Bald. c. 2. de duob. fratrib. de nouo benef. inuestitis.* talia enim habentes feuda censentur publicam gerere personam, *Bald. d. cap. 2. Syluan. d. qu.* 100. quam gerere infames non possunt, *Aluarot. conf.* 59. talibusque ob suam culpam Aduocatiæ auferuntur, *argu. l. hæreditas, C. de his quib. vt indignis, l. sed si res ff. de leg. 1. Bald. cap. 1. num. 3. vers. aut est perpetuum, & tunc aut culpa vasalli. tit. an mutus vel imperfectus,* Iuxta Axioma Baldi: Qui perdit famam, perdit feudum *Bald. cap. 1. num. 3. an ille qui interfecit fratrem domini.* Non omnis tamen infamia sufficiens est, vti videbis apud Aluarottum, *cap. illud, num. 2. Quæ fuerit prima causa beneficij amittendi.*

QVAESTIO XCV.

An per hæresim.

ET per hæresim aduocatias perdi traditum est, *l. Manichæos. C. de hæreticis, l. pen. C. de Apost. Odofredus in summa feudorũ tit. quibus personis feudum dari possit, l. 1. C. ne Christiani mancipium, cap. multorum, ca. Iudæi. De Iudæis Syluan. de feudi recognit. quæst* 101 *Alphonsus lib. 2. de iusta hæreticorum punitione. cap. 7. cap. vlt. de Hæreticis, latè & doctè Iacobus Simancas, in enchiridio Iudicum violatæ religionis, tit. 67 de pœnis, nu. 5. & 12.*

QVAE-

QVAESTIO XCVI.

Quid si aduocati iustitiam non faciant.

VDalricus Zasius *Tract. de feudis, par. 10. de feudi amißione, nnmer* 53. inter causas commissiones feudorum refert aduocatias, quibus iustitiæ administratio annexa est, amitti, si aduocati iustitiam facere nolint. explicat id dupliciter, scilicet actiue & passiue, Nimirum, si iustitiam administrare nolint, aut si iuri stare recusent, vt sunt, inquit idem Zasius, aduocati monasteriorum vulgo Kastvogt/ qui sæpe monasteriorum iura profligant eandemque quæstionem fuse Zasius persequitur, *adde Fanc. Curtium, de feudis par. 4 num.* 60. Denique feuda regulariter amittuntur si seruitia ob quæ feuda concessa sunt, non præstantur, *cap. 1. §. Sed non est alia, quæ fuit prima causa beneficij amit.* nascitur que hæc causa ex radice feudalis contractus & habetur loco tacitæ conditionis, *Bald. in præludijs feudorum, nu. 26. arg. l. quæro 5. inter. ff. locati. Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib. 23. tit. 2. num. 21. Baldus cap. 1. num 3. vers. Quia nulla est aliqua iustior causa beneficij amittendi, quam non facere quod debet fieri, vt. an mutus vel imperfectus feudum retineat.*

QVAESTIO XCVII.

Quid si clientes suos opprimant.

SVMMARIVM.

1 *Oppreßio est causa Aduocatiæ amittendæ.*

2 *Abutens Aduocatia debet eam amittere.*

SI aduocati clientes suos opprimant, aduocatias suas amittere latè ostendit Za-
1 sius, *d. par. 10. num. 62.* In hæc verba:
Octaua conclusio. si vasallus feudum dissiparet, aut insigni detrimento deterius faceret, priuabitur, *Bald. in c. 1. §. publici latrones. de pac. tenen.* 2. *Alua. in § quicumque aduocatiam. eo. tit. vbi not.* vasallum si non legitimè exequatur legitimeq; impleuerit ea quorum causa feudum datum est, priuari posse: allegat *Auth. qui rem* 2. *ibi Pan. de Castr. C. de Sacrosanct. Eccl. l. idem. C. loca. Verum ad d.* §. quicumque intellectus

ctus diuersi dantur, male enim inter Doctores conuenit de quo aduocato textus sentiat. Ego vltra alios Doctores probabiliter de aduocatis nobilibus, Baronibus aut cæteris potẽtibus qui monasterijs ad protectionẽ in defensionis subsidiũ dantur. Nam & hi aduocati seu patroni aut vicedomini nominantur, vt est tex. *in c. præterea.* 2. *d. iure pat. cap. in singulis, in fin. de statu monac. in ca. in quibusdam, de pœn. cum sim.* Hi enim ab Episcopis aduocatias in temporalibus monasterij negotijs in feudum habent. Verum isti pro defensione ad quem tenentur, monasteria & subditos sæpe supprimunt, pro patrocinio oppugnant, subterunt, spoliant, grauant, premunt, flagellant, personisque & rebus, priuilegijs, bonis, iuribus monasteriorum abutuntur, contra quos probabiliter tenendum est, *in d. §. quicumque*, statutum esse, vt à feudis excidere debeant. Nam & graues alioquin pœnæ in iure Canonico contra eos proditæ sunt, vt per iura allegata patere poterit. Addo, quod huiusmodi aduocati non sunt perpetui, sed reuocabiles, nisi Summus Pontifex assentiret, *cap. 2. de rebus eccl. non alien. in 6.* quod ex *c. 1. de feud. guar.* aliquo modo fundari posse videtur. De his aduocatis etiam supra in secunda extensione sextæ conclusionis mentionem feci. Negare tamen non possum, quin monasteria nonnulla hodie mala & corrupta Comessationibus superfluis, immensis sumptibus, inutilibus structuris, & magna deliciarum licentia plus quam per aduocatos sese ipsa exterminant. Porrò tex. *in d. § quicunq;*, ex Bald. sententia generaliter contra eos facit qui castra, villas, territoria in feudum habent. Nam si subditos male tractarint, & per dominum admoniti non desistant, feudum amittent. Male enim vtitur substãtia domini, qui subditos lacerat, *arg. l. cum dotem, §. si vero. ff. sol. mat. l. Imperator, ad Trebell. c. fin. de accusa. Bald. in l. 2. de his qui sunt sui vel alie. iur. nu. 3.* vsufructuariusque (cui vasallus aliqua ex parte comparatur) abutendo feudũ fructile amittit, *Guil. de Cuner. Paul. de Castr. d. Auth. quirem*, vel etiam ad interesse tenebitur si dominus cam pœnam elegerit, & ita saluabis Bald. vt eum allegat Iacobin. de sancto Gorg. *in l. 1. §. habet ante. ff. vsufruct. quemad. caue.* Ad prædictam conclusionem applica ea quæ notabiliter traduntur, *in c. Apostolica, de re iud. lib. 6. l. cognouimus, C. de re manci. & col. lib.* 11. Super quibus vide *Iacob. de sanct. Georg. vers. dictiq; vasalli, d. allegata causa* 11. *col.* 10. Si tamen vasallus seruitutem imponeret feudo, non priuaretur. Cæterum domino non præiudicabitur, sed soli vasallo, vt supra diximus, facit *c. 2. § quid ergo, ibi Aluar. de inuest. de re alie. fact.* Hactenus Zasius. pro cuius confirmatione multa adferri possunt quæ habentur apud Franciscum Curtium I.C. Papiensem; *de feudis, part. 6. num.* 2. Sed breuitati studens ea silentio inuoluo, contentus leui digito summas capitum attigisse. qua de re vide etiam quæ infra scripsimus, *quæst.* 100. Quid autem si Aduocatiæ species talis sit, quæ nulla ex causa amitti possit, Vide Baldum, *cap. 1. num. 2. vers.* aut quid si tale sit feudum, an mutus imperfectus. Cuius equidem speciei dijudicatio ab illius inuestitura dependebit, *Bald. d. c. 1. in fin.*

QVAESTIO XCVIII.

An aduocatiæ amitti posſint præſcriptione.

DVbium non eſt; Sicuti enim aduocatiæ poſſunt pro qualitate aut natura aduocatiæ, alia atque alia præſcriptionis ſpecie acquiri, vti hactenus ſatis oſtendi, *cap. ſi quis per triginta, ſi de feudo fuerit controuerſ. inter dom. & agnatos vaſalli. Hieron. Schurff. conſil. 21. numer. 16. cent. 3.* ita & præſcriptione aduocatias amitti poſſe, iuris eſt explorati, *Gail. lib. 2. obſer. 160.* contrariorum enim eadem eſt diſciplina, *l. & ſi contra, ff. de vulg. & pup. & §. 1. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. vbi Ioan. Faber* Ita tamen ſi actus aliquis poſitiuus præſcriptioni initium dederit, *Bald. l. de quibus, num. 35. ff. de legib. Bellonus conſ. 1. num. 15. Andreas Knichen de ſublimi & regio territorij iure, cap. 3. num. 215. & ſeqq.*

QVAESTIO XCIX.

An amittatur aduocatia per non vſum.

PEr ſimplicem non vſum non amittuntur, niſi probetur contrarius non vſus ſeu conſuetudo contraria, *Iaſon l. de quibus, not. 6. ff. de legibus. Dec. cap. cum acceſſiſſent, colum. 9. de conſtitut.* iſque qui in vſu contrario ſe fundat probationis onere prægrauatur, *Dec. conſ. 483. col. 3. & conſ. 538. Caputaq. dec. 220. par. 2.* Confirmatur, quia priuilegium, feudum, aut aliud ius non amittitur per non vſum, quando non adfuit occaſio vel neceſsitas non vtendi, prout nec quando non vtendi facultas ſe non obtulit, *Latè Iaſon l. fac. col. 12. & 13. ff. de conſtit. princip. Baldus de præſcript. in vltima parte quartæ partis quæſt. 12. num. 16. & 17. Bart. l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſitis, lib. 10. Fel. d. cap. cum acceſſiſſent.* Illud eſt quod tradit Baldus, negatiuum præſcribi non poſſe, niſi ex eo reſultet affirmatiuum, hoc eſt, niſi anteceſſerit prohibitio ſeu contradictio, *Bald. l. de quibus, num. 35. ff. de legib. Andreas Knichen de ſublimi & regio territorij iure, cap. 3. num. 215. & ſeqq.* De qua re ego pluſcula alio in loco ſcripturus ſum *de iuriſdict. ordin. in exemptos, tom. 1. par. 5. editionis ſecundæ.*

QVAE-

QVAESTIO C.

An renuntiatione amittatur.

DIstinguo: Si non intersit clientis, aduocatia amitti potest renuntiatione, *argum. cap. significauit, de iure patr. in 6. Zabarella conf.* 123. *num.* 3. *cap. de his, de Simonia. cap. si quis in atrio,* 17. *quaest.* 4. *cap. ad Apostolicam, de regular. l. si quis in conscribenda, C de pactis, vide Bald. cap. si vasallus, num. 6. de vasallo qui contra constitutionem Lotharij feudum alienauit.* Si vero intersit clientis, non licebit aduocato in illius praeiudicium renuntiare, *cap. considerandum,* 15 *quaest.* 7. *Card. Zabarella d. conf.* 123. *num* 4. Quam tamen distinctionem Cardinalis *conf.* 123. *num.* 4. quod superius descriptum est, ex amussim non sequitur breuitati consulens manum de tabula tollo, lectoremque ad illud consilium relego, vt & ad Feudistas tractantes, an & quibus casibus vasallus feudo renuntiare seu feudum domino reluctante refutare possit: hinc enim haec quaestio plurifariam posset illustrari, *vide Curtium de feudis par.* 1. *quaest.* 7. *num.* 30. *fol.* 74. *& par.* 4. *num.* 145. *& seqq.* Denique distingui solet inter obligatum ad seruitium certum vel incertum, vti plenius enucleat Cardinalis Mantica, *de tacitis & ambiguis conuentionibus par.* 2. *lib.* 23. *tit.* 2. *num.* 23. *gloss. cap.* 1. *§. vlt. de Capitaneo qui curiam vendidit.*

QVAESTIO CI.

Quid si aduocati abutantur suo officio.

ET hoc etiam ex capite aduocatias amitti respondit Dominus VVamesius, *conf.* 481. *num.* 2. *in fin. de iure patr. tom.* 2. *cap. in quibusdam, vers. sacri, de poenis.* censetur enim male vti substantia domini, & consequenter in poenam debet de iure suo decidere, *arg. l. si cũ dotẽ, §. si vero dotem dissipet, ff. sol. matr. l. Imperator. ff. ad Trebell. c. fi. de accusat. Bald. de pace tenenda, §. publici latrones, fol.* 71. In confirmationẽ est, quod abutẽtes iure suo & vsurpare satagẽtes quod suũ nõ est amittere debent id quod sibi cõpetere videbatur, *cap. sic debet,* 26. *q.* 2. *c. ea quae, de censibus, c. placuit,* 16. *q.* 6. *c. eum qui, de preb. in* 6. Nam vt inquit Leo Pontifex, *cap. si quis Episcopus,* 7. *quaest.* 1. vnusquisq; suis terminis debet esse cõtentus, nec supra mensuram iurisdictionis suae se debet augere, *cap. causam* 2. *qui filij sint legitimi, cap. nouit de iudicijs, c.* 1. *de sepulturis.* qua etiã de re vide plura apud Vdalricũ Zasium. *de feudis par.* 10. *num.* 63. *& seqq. vers. & conclusio,* cuius verba superius recensuimus. Summa, Nulla est iustior causa feudi Aduocatialis amittendi, quam si non seruetur pactum ob

 quod

quod Aduocatia fuit concessa, etiamsi de Ecclesiæ præiudicio damnoque ageratur, *Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus, par. 2. lib 23. de feudis, tit 22. num. 2. vbi id late probat.* Qua de re vide etiam quæ supra notauimus, *quæst. 96.* satis enim visum est, quod mihi proposui, lineas tantum huic Aduocatiali muneri ducendo periphrasim euitare.

QVAESTIO CII.

An propter ingratitudinem.

QVemadmodum exemptiones & priuilegia ob ingratitudinem amittuntur, *Bald. l. 2. C. de libertis & eorum liber.* vti plenius alio in loco ostendi, *de iurisd. ord. in exemptos lib. 3. quæst.* 16. ita & aduocatiæ ad instar etiam feudorum, quibuscum analogia est, ob ingratitudinem amitte possunt, *Curtius de feudis par. 4. num. 1. & seqq. cap. de forma, circa finem, 22. quæst. vlt. ca. 1. in princ. Quibus modis feudum amittatur, cap. 2. de forma fidelitatis, Afflictus dec. 265. num. 40. & 48. Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 23. tit. 19. num. 28. in fine.* Sic & libertus erga patronum ingratus in seruitutem reuocatur, *l. 2. C. de libert. & eorum lib.* multaque alia ad ingratitudinis detestationem introducta esse speciali iure passim traditum est, *l. 1. §. fin ff. de obsequijs, § si quis igitur non habens, auth. quibus mod. naturales efficiantur legit.* Non sufficit tamen qualisquals ingratitudo, sed grauis esse debet, & à iure pro tali notata, vti dicta quæstione sextadecima ostendi, *Curtius de feudis par 4. num. 3. in fine, Aluarottus cap. ibi salutem, num. 4. in quibus causis feudum amittatur.* An autem in creatione aduocatiæ pactum adijci possit, quod ea ob ingratitudinem aduocati non possit amitti, videatur Baldus *l. fin. cum Apost. C. de bonis libert. & latè Card Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 13. tit. 41 num. 9. & seqq Bald. cap. 1. num 2. vers. aut quid si tale sit feudum, an mutuus vel imperfectus.* Quid porrò si aduocatia sit Ecclesiastica, an aduocati ingratitudo aut delictum nocebit Ecclesiæ? Vide feudistas, *in cap. finali, de capitulis Conradi, Abbatē c. fin. n. fin. de donationibus.*

QVAEST. CIII.

Quid si aduocati defensionem non præstent.

ET hęc est priuationis aduocatiæ causa, *cap. domino guerram bric finitur lex Conradi, vbi DD. Curt. de feudis par. 4. num 6. cap. 1 §. sed non est alia qua fuit prima causa benefi-*

*beneficij amittendi, Card Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib lib.23.tit.2.num.*21, quod intelligo de iusta defensione, hoc est, si cliens iustam habeat causam; secus vero si iniustam; quia ex legis aut hominis dispositione ad defensionem obligatus, intelligitur de iusta, non vero de iniusta, *l si quis in graui, § si maritus. ff. ad Sillan. Andr de Isernia cap. 1 quib. mod. feud amit. Card. Mantica, de tacitis & ambiguis conuentionibus, lib.23. tit.19 num.26 ita contra feudistas concludit.* Sed an patronus seu aduocatus debeat à cliente interpellari pro eiusmodi seruitijs seu defensionibus, vide aliquot distinctiones apud Curtium *d. par. 4. num.*61. ratio enim à vasallis ad aduocatos traduci potest, *cap. 1. de feudo guardia.* An autem teneatur defendere clientem extra territorium, item præponere clientis salutem saluti propriæ, cum similibus non paucis quæstionibus quas formare possemus, peti poterit à Doctoribus feudistis, inter quos occurrit Franciscus Curtius I. C. Papiensis, qui scite & clare omnia quæ huic aduocatiarum materiæ adaptari possunt enucleat.

Denique: Quid si aduocatus reddatur inhabilis ad exercitiũ aduocatiæ. Quid si fiat cœcus, mutus, & similes non paucas quæstiones exquire apud Cardinalem Manticam, *de tacitis & ambiguis conuentionibus, par.2, lib.23. tit.* 10. *num.*29. *& sequentibus.* Postremò quæ de hac defensionis necessitate scripsimus peti poterunt ex suprascriptis, *quæst.*29.30.31.

QVAESTIO CIV.

Quid si plures sint aduocati, an præbentes causam amißionis alijs non præbentibus præiudicent.

SVMMARIVM

1 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.*

2 *Pœna delictorum suos tenere debent auctores.*

3 *Ciuitatis pars quæ non deliquit pro alia non est punienda.*

Respondetur non præiudicare. Alteri enim per alterum iniqua conditio inferri non debet, *l. non debet. ff. de reg. iuris.* & non debet aliquis alterius odio prægrauari, *cap non debet, de reg. iur. in 6.* Delictorumque pœnæ suos non debent egredi autores, & ideo vnam ciuitatis partem quæ deliquit alteri non præiudicare tradit Baldus *cap. 1. quib. mod feud amit. Curt. d. par 4. num.*19. qua de re etiam distinctius Bartholus *l. aut facta, §. si nunquam. ff. de pœnis.*

QVAE-

QVAESTIO CV.

Quid si aduocatus sit in clientem iniuriosus.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria atrox est causa amissionis feudi.*

1 INiuriæ graues & atroces causam præbent amissionis aduocatiæ, *cap.* 1. §. *porrò, Qua fuerit prima causa benef. amittendi, Curt. d. par.* 4. *num.* 35. atrocitas autem iniuriæ pendet ab eis quæ scribunt Doctores, §. *atrox, Instit. de iniurijs*, & consequenter si aduocatus iniecerit manus violentas in clientem, iure suæ aduocatiæ decidet, *d.* § *porrò, Curt. d. par.* 4. *num* 34. Secus vero secundum Aluarottum, *d.* §. *porrò col.* 7. si manum tantum comminabundam alleuarit, cui tamen non subscribit *Curtius d. num* 34 *in fine.*

QVAESTIO CVI.

Quid si aduocatus fœdus ineat cum inimicis suorum clientum.

ET hæc causa est amissionis aduocatiæ, *l. liberis, C. de inoffic. test. l.* 1. §. *cum patronus, ff de offic. præfecti vrbis. & vtrobiq; gloss. c. a.* 1. §. 1. *quibus mod. feud. amittatur, cap.* 1 *quot testes sint necessarij ad probandam ingratitudinem, Curt d. par.* 4. *numer.* 37. quod intellige adhibita mica salis, vtpote si fœdus seu amicitia contrahatur in damnum & pernitiem clientis: Sola enim amicitia contracta cum inimicis sui domini seu clientis non esset causa sufficiens ad priuationem, *gloss. c. ap.* 1. §. *porrò, vbi Aluarot. qua fuit prima causa benef. amittendi, Curtius d. num.* 37.

QVAESTIO CVII.

Quid si aduocatus clientem accuset.

NOn licere id aduocato aduersus clientem tradit, certis quibusdam casibus exceptis, Franciscus Curtius *de feudis par.* 4. *num.* 62. *& seqq.* qua de re ego quædam superius scripsi, *quæst.* 77.

QVAESTIO CVIII.

Quid si iudex sit aduersus clientem.

QVemadmodum vasallus non prohibetur nisi recusetur iudex esse in causa domini, *Curtius de feudis par.4.num.73.* ita neque aduocatiæ munus habens in causa sui clientis iudex esse non vetatur. Cæterùm de dolo malo aut per imperitiam talem quæ dolo sit proxima vasallus dominum in causa graui cum notabili graui vel illius dispendio inique condemnaret, priuationi feudi sese subijceret, *Curt.d.num.73.* idem ego censeo in aduocatijs: Sunt enim aduocatiæ feudorum species, *cap.1.vbi DD.de feudo guardia* & proinde feudorum regulis solent regulari, vti hactenus sæpe ostendi. *Zæsius de feudis par.10.nume 63.vers. octaua conclusio, cum num.seqq.*

QVAESTIO CIX.

Quid si secreta clientum propalent.

SI id fiat dolo malo, & cum notabili damno clientis, sufficiens erit priuationis causa, *Franciscus Curtius de Feudis, par.4.quæst.37.num.76.cap.1. Quib.mod.feud. amittatur*, dummodo tamen malitiose id fiat & cum damno protecti. proinde cum præsumptio sit contra vasallum facientem aduersus formam fidelitatis, *cap.1.de noua forma fidelit.* Vasallus, seu, quod mihi perinde est, Aduocatus, hanc præsumptionem probatione contraria à se auertere debet, *Curt.d.quæst.37.in fine.*

QVAESTIO CX.

An præter expressas causas amissionis aduocatiæ recenseri possint aliæ.

PRimas tantum huic tractatui lineas ducere volui. Itaque cum ab exhæredationum causis, Donationum reuocationibus, Matrimoniorum dissolutionibus, denique à similibus ad similia ratiocinari, & casus in iure etiam feudali non decisos decidere liceat, *Franciscus Curtius de feudis par.4.num.77. & 80, vers.quadrage-*

dragesimo, is cui curæ pretium erit, quæ hic prætérita sunt à rationis identitate supplere poterit, adhibito tamen hoc salis grano, dūmodo in Aduocationis leges non peccetur ex errore aut ignorantia subtilitatis legum feudalium. Erranti enim in ijs quæ sunt ex iuris apicibus facilè est ignoscendum, *Innoc. cap. per tuas 2. num. 4. vers. Nec erat peccatum, de Simonia. Bald. l. ab eo, num. 13. C. Quomodo & quando, Abb. cap. quod ex officij, num. 29. in fine, de præscript. & vtrobique Fel. num. 3. & 33. Alexand. cons. 214. num. 7. lib. 6. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionib. lib. 27. tit. 7. num. 40.* Denique alium adhuc adhibeo salem, Nisi talis sit aduocatia quæ nulla ex causa amitti possit, *Bald. cap. 1. num. 2. vers. aut quid sit ale sit feudum, an mutus vel imperfectus.* & ita hactenus à me dicta sunt restringenda, id quod ab Aduocatione, origine seu inuestitura est dijudicandum, *Bald. d. cap. 1. in fine, an mutus vel imperfectus.* Quid autem de ignorantia facti, vide Aluarottum, *cap. ibi salutem, num. 8. in quibus causis feudum amittatur.*

QVAESTIO CXI.

An priuationem antecedere debeat monitio.

DIstinguit Baldus *de pace tenenda, § publici latrones*, inter delictū seu culpam in omittendo, & culpam in committendo: hanc non est necesse vt præcedat monitio, illam vero necesse est vt præcedat, concludens, quod male tractans debeat moneri, & si non desistat priuari possit. Id quod plenius ex ijs quæ alio in loco tractaui posset confirmari, *de iurisdict. ord. in exempt.*

QVAESTIO CXII.

An in causa priuationis requiratur iudiciarius ordo.

BAldus, quem in præcedente quæstione laudaui, censuit requiri iudiciarium ordinem, *d. §. publici latrones, num. 3. cum Apostilla, de pace tenenda*, & latè de eo respondit Minsingerus, *Responsorum iuris decade 11. Resp. 7. Papiensis, in forma libelli ad reuocationem feudi, verb. nec superstitibus, num. 26. Aluarottus de pace tenenda §. quicunque, num. 3. Baldus de Allodijs, num. 25.*

QVAE-

QVAESTIO CXIII.

An ad priuationem aduocatiæ opus sit sententia declaratoria.

RESpondeo, necesse esse, vt præcedat sententia declaratoria, *gl. cap. 1. §. 1. quibus mod. feud. amittatur, cap. 1. de feudo sine culpa non amittendo, Aluarot. cap. Imperialem, §. calidis, de prohibit. feudi alien. per Feder. Curtius de feudis par. 4. num. 155. Ioannes Raynaudus in compreh. fecit, cap. pœna, nu. 10. de prohib. alienat. feudi per Feder. Bald. cap. 1. num. 3. an ille qui, inter feud.* Ratio prima, quia nemo inauditus est priuandus, *§. si ad diem, ʃde Re milit. apost. ad Baldum, §. publici latrones, num. 3. de pace tenenda.* Fuse Minsingerus *Resp. iuris decade 11. Resp. 7. per totum Gail. lib. 2. obs. 51. per totum.* Ratio secunda; quia omnis pœna requirit sententiam declaratoriam iudicis, *Bald. l. cum ancillis, C. de incestis nupt.* idque etiam cum priuationis pœna imponitur ipso iure, *Bart. l. eius qui delatorem ff. de iure fisci. Lapus allegatione 127. in sexto dubio, latè Curtius d. num. 155.* quod limito, nisi aduocatia temporis tractu finiretur, *Bald. & DD. cap. qua in ecclesiarum, de constitut. Curtius d. num. 155. vers. secundo fallit, l. Statuliberam, §. stichum, ff. de leg. 3. l. pater filium, §. fundum, ff. eod.*

Limito 2. nisi priuatio induceretur ob inhabilitatem personæ, *Bald. & DD. cap. qui clericus. Si de feudo fuerit controuers. Curt. d. num. 155. vers. quarto fallit.*

Limito 3. nisi priuatio fieret ob delictum Læsæ Maiestatis, *Bald. cap. Imperialem, §. calidis, de prohibit. feudi alien. per Feder.*

Limito 4. nisi ob crimen hæresis, illud enim excedit crimen Læsæ Mai[illegible] humanæ, *cap. vrgentes, cap. excommunicamus, de Hæreticis, Curt. d. loco. vers.* [illegible]

Limito 5. nisi priuatio inducatur ob leges aut statuta facta contra li[illegible]tatē Ecclesiasticam, tunc enim ipso iure priuatio inducitur feudorum, quæ statue[illegible]s ab Ecclesia habet, *cap. grauamen; in fin. de sent. excom. Bald. cap. 1. in pr. qualiter dominus proprietate priuetur.*

Limito 6. nisi priuatio fieret ob inuestituram debito tempore non petitam, *Bald. cap. 1. quo tempore miles. Curt. d. num. 155. in fine.*

Limito 7. nisi de volūtate legislatoris seu erectione aduocationis aliter cōstet. Denique nisi priuationis causa esset notoria, *Gail. d. obs. 51. lib. 2.*

Et:

Et ita heteroclitæ huic materiæ Aduocatiarum feudalium, ad Dei Deiparæq; Virginis Mariæ laudem, cuius nos orthodoxi hic in terris debemus eſſe Aduocati atque Defenſores, vt ipſa etiam cum hinc Filio eius rationem redditurí decedemus, ſe Aduocatam noſtrique protectricem præſtet, coronidem impono.

FINIS.